dixit aiaz eẽ magnitudinẽ. Et q̄ locutus est de ea sicut d
magnitudine circulari: diuidens eã in duos circulos ma
lefecit. Et q̄ male fecerit ondit in natura enĩ aie hoc est:
vt iudiciũ de aliqua potẽtia aie sumat̄ ex actu seu opera
tione ipsius potentie: iudiciũ vero operatiõis ex obiecto:
potentie enĩ cognoscunt̄ ꝑ actus: actus vero ꝑ obiecta:
⁊ inde est q̄ in diffinitione potentie ponit̄ eius actus: ⁊
in diffinitione actus ponitur obiectũ. Constat aũt q̄ res
ab eo a quo habet esse ⁊ spẽm: ab eo ẽt habet vnitatem.
Si ergo intellectus sit ⁊ sortiat̄ speciẽ ab intelligibili: cũ
sit eius obiectũ: dico intellectũ in actu: cuz nihil sit ante
intelligere: manifestũ ẽ q̄ si sit vnus ⁊ cõtinuus sicut pla
to posuit: q̄ eodem modo intellectus erit vnus ⁊ conti
nuus quo intelligibilia sunt vnum ⁊ continuum: intellec
tus enĩ non est vnus nisi sicut intelligẽtia: idest operatio
eius que est intelligere: nec actus est vnus nisi sicut obie
ctum eius est vnũ. quia actus distinguunt̄ penes obiec
ta. vnde cũ obiectum intellectus sint intelligibilia: hec aũt
scilicet intelligibilia non sunt vnum vt magnitudo seu
continuum: sed sicut numerus: eo q̄ consequenter se ha
bẽt: manifestũ est q̄ intellectus non est magnitudo: sicut
plato dicebat. Sed aut est impartibilis sicut se habet rõ
primorũ terminorũ: aut nõ est continuus sicut aliqua
magnitudo: sed sicut numerus inq̄tum vnũ post aliud
intelligimus: ⁊ sepe plures terminãtur in vnuz: sicut in
sylogismis terminantur propositiones in conclusionem.

¶ Secundam rationez ponit ibi.

Qualiter autẽ intelliget magnitudo: cum
sit qualibet ꝑtium ipsius: ꝑte autem aut secun
dum magnitudinem: aut secundum punctuz
si oz ⁊ hoc partem dicere. Si quidem igitur
secundum punctum hec autem infinita: mani
festum ẽ quoniã nequaquã pertransibit. Si Co. 48.
vero secundum magnitudinem: multotiens ⁊
infinities intelliget idem: videtur autem ⁊ se
mel contingere. Si autem sufficiens quãlibet
partium tangere: qđ oz circulo moueri: aut ⁊
omnino magnitudinem habere. Si autez ne
cessarium intelligere toto circulo tangentem:
quis est partibus tactus.

¶ Que talis est. Posset aliquis dicere q̄ plato nõ po
suit magnitudinẽ in intellectu propter multa intelligibi
lia: sed oportet q̄ sit in intellectu magnitudo etiã ꝓpter
vnumquodq̄ intelligibiliũ. contra hoc non potest esse:
plato enim ponit ⁊ oppinatus est q̄ intelligere nõ fiat ꝑ
acceptionem specierum in intellectu: sed q̄ intellectus
intelligat per quendam contactum: inq̄tum. s. occurrit
⁊ obuiat speciebus intelligibilibus: ⁊ istum contactum
attribuit circulo: sicut supra dictum est. Quero ergo a Lec. 7.

te si intellectus est magnitudo: ⁊ intelligit secundum cõtactũ: qualiter intelligat: aut enim hoc ꝙ intelligit itẽgit secundũ totum: aut secundũ partẽ ei⁹: si secundũ totũ cõtingens intelligit totũ: tunc partes nõ erunt necessarie: sꝫ erunt frustra: ⁊ sic nõ ẽ necesse ꝙ sit intellectus magnitudo ⁊ circulus. Si vero ẜm ptes ꝯtingens intelligit ptes: aut hoc erit ẜm plures partes. aut secundum vnã tantũ. si secũdũ vnã tantũ sic idem quod p̃mus: quia alie erũt sup̃flue: ⁊ sic nõ erit necessariũ ponere intellectũ habere partes. Si vero ꝯtingens secundũ oẽs ptes intelliget. Aut hoc erit secundũ ptes punctales: aut secundũ partes quãtitatiuas. si secundum ptes punctales: tunc cũ in qualibet magnitudine sint infinita puncta: oportet ꝙ infinities tangat anteq̃ intelligat: et sic nunq̃ intelliget cũ non sit infinita ptransire. Dicit autẽ (partes punctales) non ꝙ velit magnitudinem in ptes punctales diuidi: sed disputat ad rõnem platonis: qui fuit huius opinionis ꝙ corpus componeret ex superficiebus: ⁊ sup̃ficies ex lineis: ⁊ linea ex punctis: quod ipse improbat in li. phi. vbi ostẽdit ꝙ punctũ additũ puncto nihil addit. Si vero intelligit ꝯtingens ẜm ptes quãtitatiuas: tunc cũ quelibet pars diuidat̃ ꝙ i multas ptes sequit̃ ꝙ multotiens intelligat idẽ. Itẽ cũ oĩs quãtitas sit diuisibilis in infinitum secundũ eandẽ proportionẽ: ⁊ non secundũ eandẽ quantitatem sequitur ꝙ infinities intelligat: quod est inconueniens. videtur ergo ꝙ nõ ꝯtingat nisi semel: ⁊ sic nullo modo debet attribui intellectũ magnitudo: neque q̃tum ad multa intelligibilia: neq; q̃tum ad vnũ. ¶ Et notãdũ ꝙ hic aristotiles occulte ostendit ꝙ intellectus de natura sua non est ptibilis: sed quid impartibile. Intelligibile enim i vnaquaq; re est quidditas: ⁊ nã rei est tota in q̃libet pte: sicut nã speciei est tota in quolibet indiuiduo: tota enĩ natura hominis est in quolibet indiuiduo: ⁊ hoc est indiuisibile: vnde illud quod ẽ intelligibile in q̃libet re est idiuisibile: ⁊ per ꝯsequens intellectus.

¶ Tertiã rationem ponit cum dicit.

Amplius quomõ intelliget ptibile imptibili: aut impartibile partibili.

¶ Que talis est. Constat ꝙ si nos ponimus intellectum impartibilẽ de facili patebit rõ quomõ intelligat impartibile ⁊ partibile: quia impartibile intelliget secundum proprietatẽ sue nature: eo ꝙ impartibilis est: vt dictum est: partibile vero intelliget abstrahendo a partibili. Sꝫ si intellectus ponatur partibilis secundũ ꝙ plato vult: impossibile erit inuenire rationem quomodo intelliget impartibile. Et sic videtur ꝙ inconuenienter plato põat intellectum esse magnitudinem seu partibilem.

¶ Quartam rationem ponit cum dicit.

Necessarium autem esse circulum intellectum hunc intellectus quidẽ.n. motus intelligentia: circuli ãt circulatio si ĝ intelligẽtia: circulatio: ⁊ intellectus vtiq; erit circulus: cum huiõi circulatio sit intelligentia: semper autẽ aliquid intelliget: siquidẽ perpetua sit circulatio. Praticarum quidem enim intelligentiarum termini sunt: omnes enim alterius causa sunt. speculatiue autem rationibus terminantur similiter. Ratio autem omnis diffinitio ẽ aut demonstratio. Demõstrationes vero ⁊ a principio sunt: ⁊ habet quodammodo finem sillogismum aut conclusionem: si autem non concludantur: sed non reflectuntur iterum in principium accipientes semper medium ⁊ vltimum recte procedunt sed circulatio iterum in principium reflectit. Diffinitiones autem omnes finite sunt.

¶ Que talis est. Tu dicis intellectum esse circulum ⁊ dicis intellectum moueri. sed motus circuli est circulatio: motus vero intellectus est intelligẽtia: hoc ẽ intelligẽ: ergo si intellectus est circulus: de necessitate intelligẽtia erit circulatio: sed hoc est falsũ: quia cum in circulatiõe nõ sit inuenire actu principium neq; finem: vt probatur in. viij. phi. sequitur etiã ꝙ intelligentia seu opatio ipsius intellectus que est intelligere nunq̃ terminatur sed hoc est falsum. quia intelligentia habet actu ⁊ principiũ ⁊ finem: ergo intelligẽtia ⁊ circulatio non sunt idem. ⁊ p consequens: nec intellectus est circulus. qd̾ autem intelligentia habeat principium ⁊ finem actu probatur: q2 oĩs intelligentia aut est pratica aut speculatiua: sed ꝯstat quod practicarum intelligentiarum termini sunt. i. fines. Nã omnes sunt alterius causa: scilicet operis: ⁊ ad opus terminantur. Speculatiue etiam intelligentie finẽ habẽt scilicet rationes: omnes enim terminantur ad aliquas rõnes: q̃ quidem rationes: aut sunt (diffinitio) scilicet ĩ simplici intelligentia: aut (demonstratio) scilicet cum componit ⁊ diuidit: sed demonstrationes procedunt ex principiis certis sunt ⁊ habent quodammodo finem sillogismum aut conclusionem. Et si dicat̃ ꝙ ex vna conclusiõe sequitur alia: ⁊ sic non terminatur. nihilominus tamen potest dici ꝙ conclusiones non sunt circulares: quia non est circulo demonstrare: vt probatur in primo posteriorum: sed tendunt in rectum ⁊ impossibile est in rectum inuenire motum infinitũ seu processũ. Diffinitiones ꝙ habent principiũ ⁊ finem: quia non est ascendere in infinitum in generibus: sed accipitur. q. primum genus generalissimũ nec etiam descendere in infinitum in speciebus sed est stare in specie specialissima. Unde genus generalissimum est principium: species vero specialissima sicut terminus seu finis in diffinitionibus. Et sic patet ꝙ omnis intelligentia principium habet ⁊ finem actu. Lex.

¶ Quintam rationem ponit cum dicit.

Amplius autẽ si eadẽ circulatio multotiẽs est: oportebit multotiens intelligere idem.

¶ Que pendet quodammodo ex precedenti: ⁊ est. q. quoddam membrum eius. Supra enim probatum est ꝙ si intellectus est circulus sicut plato posuit intelligentia erit circulatio: ⁊ probauit superiori ratione ꝙ intelligentia non est circulatio: ⁊ hoc idem probat hic tali ratione. Uidemus ꝙ hec differentia est inter circulationem ⁊ alios motus: quia impossibile est in aliis motibus vnum ⁊ eundem motum reiterari super eandem quantitatem multotiens: Et hoc apparet deducendo per singulas species motus. In alteratione enim impossibile est eundem motum super idem reiterari non enim idem secundum idem de albo fit nigrum ⁊ de nigro album. In motu etiam augmenti impossibile est vnum ⁊ idem secundum idem augmentari ⁊ diminui. In motu etiam locali impossibile est eundem motum secundum idem reiterari: quia in motu locali secundum rectum semper sunt duo termini scilicet actu. Unde si reiteraretur oporteret termino ad quem redire: quia vt fine ⁊ principio: ⁊ de necessitate interueniret ibi quies: ⁊ sic non esset idem motus numero. In circulatione vero solum hoc contingit ꝙ vnus ⁊ idem motus secundum eandem quantitatem multotiens reiteraretur: cuius ratio est: quia in circulatione non sunt aliqui termini actu: ⁊ ideo quantumcunq; reiteretur non interuenit quies: nec variatur motus. Ex hoc ergo sic arguit. Tu dicis ꝙ intellectus est circulus. ergo ⁊ intelligentia circulatio est: sed hoc est inconueniens scilicet ꝙ intelligentia sit circulatio: ergo ⁊ primum. Quod sit inconueniens sic ostendit, constat quod eadem circulatio secundum vnum ⁊ idem multotiens est idest reiteratur. ergo si intelligentia est circulatio se

ent in diels intelligentia multotiens secundum vnum & eundem motum & super idem multotiens reiterabitur & sic multotiens intelliget idem: intellectus enim mouē do se tangit & tagendo intelligit: sicut ipsi dicunt & circulariter multotiens tangit idē: & sic multotiens intelliget idem quod est inconueniens.

℄ Sextam rationem ponit cū dicit.

Adhuc autem intelligentia assimilatur cuidā statui & quieti magis q̄z motui: eodem autez modo & syllogismus.

℄ Que talis est. Si intelligentia circulatio est vel ei dicas debet assimilari motui: sed nos videmus totum contrarium: q2 intelligentia magis assimilatur quieti q̄z mo Co.46. tui: ergo intelligentia non est circulatio. Quod autē magis assimiletur quieti q̄z motui. patet: quia sicut ipse dicit in. vij. phy. non potest fieri aliquis sapiens quando motus eius non residet nec quiescunt. Unde in pueris & in omnibus in quibus motus non quiescunt non de facili inuenitur sapientia. Sed tunc aliquis sapientiaz acquirit quando quiescit. vnde dicit q̄ in quiescendo & sedendo anima sapiens fit & prudens. Sed q2 posset dici q̄ hoc verum est de simplici intelligentia: sed non de syllogismo: ideo Ar. dicit q̄ eodem modo & syllogismus assimilatur magis quieti q̄z motui: & hoc patet: ante enīz q̄ sit syllogizatum de aliqua re intellectus & mens hōis fluctuat ad vnam & ad aliam partem & non quiescit i aliqua. Sed quando iam est syllogizatum determinate inheret vni parti & quiescit in illa.

℄ Septimam rationē ponit cū dicit.

Co.48. **At vero neq3 beatum quod non facile s3 violentūm. Si autem est motus ipsius non substantia: extra naturam vtiq3 mouebitur.**

℄ Que talis est. constat q̄ beatitudo anime est in intelligendo: sed beatitudo nō potest esse in eo quod est violentum & preter naturam: cū sit perfectio & finis vltimus anime. ergo cum motus non sit secundū naturam & secūdum substantiā anime: sed preter naturā eius impossibile est q̄ intelligere quod est operatio anime & in quo est beatitudo anime sit motus. vt plato dicebat. Quod autē motus sit preter naturam anime patet ex positione platonis: ipse enim dixit animam compositam ex numeris: & postea dixit eam dispartitam in duos circulos & hos reflexit in. vij. & ex hoc sequitur motus: ex quo apparet q̄ motus non inest ei naturaliter sed per accidens.

℄ Octauam rationē ponit cum dicit.

Laboriosum autem est commisceri animam corpori nec possibile absolui. Et adhuc fugiē dum siquidem melius est intellectui non cum corpore esse: quemadmodum & consuetuz est dici: & multis videtur.

℄ Que talis est. videtur q̄ secunduz opinionē platonis aīa de sua natura nō sit vnita corpori. nam ipse posuit eā primo cōpositā ex elementis: & postea cōplexam & adunatā corpori: & inde nō posse recedere cum vult. Inde sic quandocūq3 est aliquod vnitū cōtra naturā suam alicui & nō pōt inde cū vult recedere ei ē penale: & q̄cunq3 aliqd ī vniōe ad aliud deterioraē est fugiēdū & nociuū. Sed aīa vnit corpori contra naturā suā vt dictū est: nec potest inde recedere cum vult: necnon & deterioratur ī vnione ad corpus: sicut consuetum est dici a platonicis & multis ex eis. Uidetur ergo q̄ anime pēnale est & fugiendū esse cum corpore. Non ergo conueniens est dicere cum platonis. s. q̄ anima composita ex elemētis primo commisceatur corpori.

℄ Nonam rationem ponit cū dicit.

Immanifesta autem & circulo ferri celum causa. Neq3 enim anime substātia causa circulariter ferri animam: sed secundum accidens sic mouetur. Neq3 corpus causa: sed magis illi. At vero neq3 quia melius dicitur: & oportebat ꝓpter hoc deum facere circulariter ferri animam: quia dignius sit ipsi moueri quaz manere: moueri autem sic quam aliter. Quoniam autem huiusmodi intentio est alteris rationibus magis propria: hanc quidem dimittamus nunc. Co.51.

℄ Que talis est: plato loquit̄ de aīa vniuersi: & dicit eaz moueri circulariter: sed secūdū opinionē suā: causa qua re celū mouet̄ circulariter est immanifesta. i. nō assignat̄. Si eniz celū mouet̄ circulariter aut ergo hoc erit propter principia naturaliter: aut propter finem. Si dicatur quod naturaliter propter pricipia aut erit propter naturam aīe: aut propter naturā corporis celestis: sed nō est propter naturam aīe: q2 moueri circulariter nō inest aīe secūdum substātiam suaz: sed per accidēs: q2 vt dictū est aīa mouetur per se: & s3 suam substātiaz motu recto: & deinde aspectū rectū reflexit i circulos. Nec etiam propter naturā ipsius corporis celestis: q2 corpus nō ē causa motū aīe: sed aīa est magis corpori causa q̄ moueatur. Si aūt dicatur q̄ propter finem nō potest assignari aliquis finis determinatus secūdum eum: cuz queritur quare sic mouetur & nō alio motu: nisi q̄ sic deus voluerit euz moueri. Sed deus propter aliquaz causaz dignatus est celuz potius moueri q̄z manere: & moueri sic. i. circulariter q̄z alio motu: quaz causaz plato nō assignat: sed quia hāc assignare est magis proprium (alijs rationibus.) idest in alio tractatu. scilicet in lib. de celo: ideo dimittamus ipsam ad presens. Lib. 2. Lec. 3.

℄ Decimaz rationē ponit cū dicit.

Illud autem inconueniens accidit & huic rationi & pluribus que de anima. copulant eniz & ponunt in corpus animam nihil determinātes propter quam causam: & quomodo habē te corpore. Et tamen videtur hoc vtique necessarium iesse: propter enim communitatem hoc quidem agit aliud: hoc autem patitur: & hoc quidem mouet illud autez mouetur: Horum autem nihil inest adinuicē quibuscunq3: hi autem solum conantur dicere quale quid sit anima. De suscepto autem corpore nihil adhuc determinatum tanquam contingēs sit scōm pythagoricas fabulas quamlibet aīam quodlibet corpus īgredi. Uidetur enim vnū quodq3 propriam habe[re] speciem & formā. Simile itaq3 aliquid dicunt: sicut si aliquis dicat tectonicam in fistulas ingredi. Oportet enim artem quidem vti organis: animam autem corpore. Co. 52. Co. 53.

℄ Que nō solū est cōtra platonem: sed etiaz cōtra multos alios & ducēs est ad inconueniētia & ostēdēs eorum positiones deficiētes: que talis est. Cōstat q̄ inter mouēs & motum est aliqua proportio: & inter agens & patiens: & inter formam: & materiaz: nō similiter enim quelibet forma cuilibet corpori cōuenit & vnitur: neq3 omne agēs agit in omne patiēs. Neq3 quodlibet mouens mouet quodlibet motum: sed oportet q̄ sit īter ea aliqua communicatio & proportio ex qua hoc sit aptū natum mouere illud vero moueri. patet aūt q̄ isti phylosophi posuerūt aīaz esse in corpe & mouere corp9: cū ergo loquant̄

de ipsa natura anime. videtur etiā necessariū ꝙ aliquid dixissent de natura corporis: propter quā causaz vniat corpori. ⁊ quō se habeat corpus ad eā: ⁊ quomodo cōparat corpus ad animā. Non ergo sufficienter determinant de aīa dum conant dicere solū quale qd sit anima: ⁊ negligūt ostendere quale qd sit corpus suscipiens ipsam. Ex quo conuenit eis illud ꝙ in fabulis pythagoricis habet: ꝙ quelibet aīa in quodlibet corpus ingrediatur: puta si casu cōtingat in corpus elephātis intrare aīaz muscere: ꝙ tn̄ hoc non possit esse: cū vnūquodqz corporū ⁊ maxime animaliū habeat propriā formam: ⁊ propriam speciem: ⁊ propriū mouens: ⁊ propriū motum ⁊ multū differat corpus vermis a corpore canis ⁊ corpus elephantis a corpore culicis hoc tamen dicentes scilicet quod quelibet aīa quodlibet corpus ingreditur dicunt simile: ac si quis dicat artez textiuaz ingredi in fistulas ⁊ erariaz in telariā. Et tamen si ipsis artibus inesset natura ingrediendi corpora seu organa ex seipsis: nō quelibet in quodlibet ingrederet: sed fistulatus ingrederet in fistulas non in liras: citharatiua autez in citharas ⁊ nō in fistulas. eodē igitur modo si anime cuilibz sit corpus: vnaqueqz aīa non quodlibet corpus ingredit: imo ipsa aīa idoneū format sibi corpus ⁊ nō assumit paratū. Sic ergo plato ⁊ alii phylosophi loquentes tantū de aīe natura insufficienter dixerūt non determinantes quod sit corpus conueniens cuilibet anime: ⁊ qualiter ⁊ quale existens vniatur sibi.

Lectio nona.

Co.54. Lia autem quedam opinio tradita ē
a de anima: credibilis quidez multis:
⁊ neqꝫ vna minor his que dicte sūt.
rationes autem tanqꝫ directiuas prebens, ⁊
in communi factis rationibus. Harmoniam
enim quandam dicunt.

p Ostqꝫ phylosophus reprobauit opinionem platonis: hic consequēter reprobat quandaz aliam opinionem conformē opinioni platonis quantū ad aliquid. fuerūt. n. qdaz qui dixerunt: ꝙ anima erat harmonia ⁊ isti concordauerūt cū platone in hoc ꝙ plato dixit ꝙ anima erat cōposita ex numeris harmonicis: hi vo ꝙ erat harmonia sed differebāt in hoc ꝙ plato dixit: ꝙ aīa erat harmonia numerorū: hi vero dixerūt ꝙ harmonia tam cōpositorū qꝫ mixtorū vel contrariorū erat aīa. Circa hoc aūt tria facit. primo. n. ponit opinionē istorū ⁊ rationez. opinionis, secundo disputat contra dictam opinionem. ibi. (Et qdez harmonia ⁊c.) Tertio ostendit quō hec opinio est multū probabilis. ibi. (Si vero alterū anima est: ⁊c.) Circa primū. d. f. primo. n. ponit dictā opinionem de aīa dicens: ꝙ quedaz opinio tradita est ab antiquis de aīa q̄ videbat habere rectas rationes: ⁊ non solū in speciali de aīa sed etiaz qꝫtū ad id qd cōmune ē ad pīa principia. Et dicit. (quantū ad id qd cōmune est:) ꝙ antiqui phylosophi nihil tractauerūt de causa formali sed tantū de materiali: ⁊ inter omnes illi qui magis visi sunt appropinquare ad causam formalē fuerūt democritus ⁊ empedocles; qui scilicet empedocles dixit ꝙ omnia constabant ex sex principiis. quoꝝ. iiii. posuit materialia scilicet. iiii. elemēta: ⁊ duo formalia partim actiua ⁊ partim materialia scilicet amicitiaz ⁊ litez. Et dicebāt ꝙ hec principia materialia habebant inter se quandam proportionez que resultabat ex eis, ita ꝙ conueniebant in aliquo vno: qꝫ sine hoc non possent esse simul. ⁊ hanc dicebant formā rerum ⁊ harmoniam quandā esse vnde ⁊ sicut de aliis formis sic dicebant de anima ꝙ erat harmonia quedam.

Secundo eñz dicit.

Co.55. Et enim harmoniam temperamentum ⁊
compositionem esse contrariorum; ⁊ corpus
compositioni ex contrariis.

Ponit rationez huiusmodi opinionis dicens: ꝙ harmonia est cōplexio ⁊ proportio tēperamentū cōtrarioꝝ in cōpositis ⁊ mixtis. Et hꝫ proportio que est inter ista ꝫria dicitur harmonia ⁊ forma illius cōpositi. vnde cū aīa sit quedā forma dicebant ipsaz esse harmoniā. Dicitur autem hec opinio fuisse cuiusdam dinerchi ⁊ simmiatis ⁊ empedoclis.

Cōsīr eum dicit.

Et quidem harmonia quedam ratio compositorum est aut compositio: animam autez neutrum possibile est esse horum.

Disputat contra opinionē predictā. Et circa hoc duo facit. primo. n. disputat generaliter ad positionē dictorū phylosophorū: secūdo vero in speciali ad ponentē scilicet contra empe. ibi (inuestigabit antē hoc ⁊c.) Ad positionē aūt obiicit. iiii. rationibus quarū prima talis est. Constat ꝙ harmonia proprie dicta est cōsonantia in sonis sed isti transumpserūt istud nomen ad oēz debitam proportionē. tā in rebus cōpositis ex diuersis partibus: qꝫ in cōmixtis ex contrariis. Secūdū hoc ergo harmonia potest duo dicere: qꝫ vel ipsaz cōpositionē aut commixtionē: vel proportionē illius cōpositionis seu cōmixtionis. Sed cōstat ꝙ neutrū istorū est aīa: ergo aīa non est harmonia. Quod aūt aīa non sit compositio sine proportio cōpositiōis patet. Isti. n. accipiunt aīaz vt substātiā quādā: sed illa duo sunt accidentia: nō ergo idē sunt.

Secundū rationē ponit cū dicit.

Amplius autem mouere non est harmonie anime autem attribuunt hoc omnes.

Que talis est. Constat ꝙ oēs phylosophi dicūt ꝙ aīa mouet: sed harmonia non mouet: imo relinquit ex mouēte ⁊ sequitur sicut ex motu chordarū qui est per musicā relinquitur harmonia quedā in sono. Et ex applicatione ⁊ coōperatione partiū a cōponente relinquit proportio quedā in cōposito. ergo si aīa est harmonia: ⁊ hec relinquitur ex harmonizatore: oportebit ponere aliam aīaz que harmonizet.

Tertiā rationez ponit cū dicit.

Congruit autem magis de sanitate differentie harmoniam: ⁊ omnino de corporeis virtutibus qꝫ de anima. Manifestum autez si aliquis tentauerit reddere passiones ⁊ opera anime harmonia quadam difficile enim adaptare. Co

Que talis est. phylosophus. n. dicit in quarto physicorū. Quicūqꝫ assignat diffinitionē seu naturā rei: oportet ꝙ illa assignatio: si sufficiens est. cōueniat operationibus ⁊ passionibus illius rei tūc. n. diffinit optime quid est res quando nō solū cognoscimus substantiā ⁊ naturā ipsius rei: sed etiā passiones ⁊ accidentia eius: Si ergo aīa est harmonia quedā: oportet ꝙ per cognitionez harmonie deuenîamus in cognitionez operationū ⁊ accidentiū aīe: Sed hoc est valde difficile: vt puta si velimus operationes aīe in harmoniam referre cuius enī harmonie erit sentire: ⁊ cuius amare: aut odire: ⁊ intelligere. Sed per cognitionē harmonie magis congruit venire in cognitionez accidentiū corporū. vt si velimus cognoscere sanitatez: dicemus ꝙ est cōplexio adequata ⁊ contemperata humorū ⁊ qualitatuz in corpore: ⁊ sic de aliis corporeis virtutibus: ⁊ sic harmonia magis esset attribuenda corpori qꝫ anime.

Quartā rationez ponit cū dicit.

Amplius autem dicamus harmoniam in duo respicientes maxime quidē propriā magnitudinū in habētibus motum ⁊ positionē ⁊ Co

compositionem ipsorum: cum sic congruant vt nullum congeneū pretermittatur. Hunc autem ꝛ eorum que cōmiscentur rationem. Neutro quidem igitur modo rationabile. Compositio aūt partium corporis multum inuestigabilis est. Multe. n. compositiones partium ꝛ multipliciter sunt. Cuius igitur ꝛ quomodo congruit accipere intellectum compositionem esse: aut ꝛ sensitiuum ꝛ appetitiuum. Similiter autem ꝛ inconueniens ꝛ rationem mixtionis

Co.58. esse animam. Non enim eandem habet rationem commixtio elemētorum secundū quā caro: ꝛ secundum quam os: accidet igit̃ multas animas habere. ꝛ secundū omne corpus siquidem omnia ex elemētis commixta sunt commixtionis autem ratio harmonia anima.

Que talis est harmonia inuenitur aliquando in cōpositis ꝛ habentibus compositionem ꝛ motum. quia qñ hec sic inuicem simul ponuntur ꝛ ordinant: (vt nullum congeneum.) idest vt nullus defectus eiusdem generis sibi sit: tunc ille partes dicuntur bene harmonizate ꝛ cōpositio ipsarum vocatur harmonia. sicut ligna ꝛ lapides ꝛ alia corpora naturalia. Sic etiam ꝛ chorde quando bene ordinate sunt vel fistule: vt exinde consonantia sonorum resultet: dicuntur bene harmonizate: ꝛ huius cōsonantia dicitur harmonia: ꝛ hoc modo proprie dicit̃ harmonia. Aliquando inuenitur in corporibus mixtis ex cōtrarijs quando enim aliqua contraria sunt complexa ꝛ commixta in aliquo ita vt nulla repugnantia seu excessus alicuius contrarij sit ibi. vtputa calidi: aut frigidi: aut humidi: aut sicci: tūc illa dicuntur bene harmonizata: ꝛ horum ratio idest proportio dicitur harmōia. Si ergo anima est harmonia: secundū aliquem istorum modorū diceretur: sed constat ꝙ neutro istorum modorū rationabile est animam dici harmoniam: ergo male dicunt aīam harmoniam esse. Et ꝙ neutro istorū modorum aīa dicatur harmonia ꝓꝫ. nō. n. aīa potest dici harmōia: quod inuenitur in rebus cōpositis: ꝛ habentibus compositionē quod ꝓꝫ. Nā ordo partiū cōpositarum in corpore est valde manifestus: facile. n. est scire ordinem ossium ad ossa: ꝛ neruorū ad neruos: ꝛ brachij ad manū: ꝛ carnis ad ossa. Sed ratio ordinis partium anime est nobis ī manifesta. non. n. per hoc possumus scire ordinem qui est īter intellectum ꝛ sensum ꝛ appetitum ꝛ huiusmōi. Nec potest dici harmonia scd'm proportionem corporū cōmixtorū ex contrarijs. Et hoc duplici ratiōe. Una ratio est: quia diuersa proportio inuenitur in diuersis partibus corporis nam commixtio elementorum non habet eandē rationem .i. proportionem secundum quā ē caro: ꝛ scd'm quā ē os: ergo in diuersis ptib' erūt diuerse anime scd'm diuersam proportionem ꝛ multiplicationē partium animalis. Alia ratio est: q: oīa corpora sūt commixta ex elementis ꝛ contrarijs: si ergo proportio commixtionis in quolibet corpore est harmonia ꝛ harmōia est anima: ergo in quolibet corpore erit anima: quod est inconueniens. Et sic patet ꝙ inconuenienter dicunt animam esse harmoniā. Cōfir cum dicit.

Inuestigabit autem hoc vtiqꝫ aliquis ab Empe. vnumquodqꝫ. n. horum ratione quadam dicit esse: vtrum igitur hec ratio anima ē: aut magis alterū aliquod: cum sit in partib'.

Disputat contra empe. ꝛ ponit contra eū tres rōnes quas nō deducit. Quarū prima talis est. ipsi ponunt qd̃ liber corpus consistere. (ratione) idest proportione quadam quā dicunt harmoniam: ꝛ hanc dicunt aīam. quero ergo vtrum anima sit ipsa ratio idest proportio cōmixtionis: aut aliquid aliud a proportiōe. Si tu dicis ꝙ est ipsa proportio: tunc cum in vno corpore sint diuerse proportiones secundum diuersas partes: sequuntur duo inconuenientia. scilicet ꝙ multe anime sint in vno corpore secundū diuersas partes: ꝛ ꝙ in quolibet mixto sit aīa. Si dicas ꝙ est aliud q̄ proportio: tunc cū proportio sit harmonia: anima non erit harmonia.

Secundam rationem ponit cū dicit.

Amplius aūt vtrū cōcordia cuiuslibet mixtionis cā: aut eius que scd'm rationem.

Que talis est Empe. ponebat ꝙ amicitia esset causa congregationis in rebus: ꝛ lis causa disgregationis: sed in ꝯgregatione fit aliqua proportio. quero ergo vtrum amicitia sit causa cuiuslibet congregationis aut tantū cōgregationis harmonizate. Si tu dicas ꝙ amicitia ē causa cuiuslibet congregationis: tunc oportebit ponere aliquid aliud ab amicitia: quod causet huiusmodi proportionem ꝛ harmoniam in cōgregatiōibus armonizatis: vel erit dicere ꝙ huiusmodi harmonizatio ē a casu. Si tu dicas ꝙ est causa solū cōgregatiōis harmonizate tūc amicitia nō erit causa omnis congregationis. quod est contra eum.

Tertiam rationem ponit cū dicit.

Et hoc vtrum ratio est: aut alterum aliqd preter rationem: Hec quidem igitur habent huiusmodi dubitationes. Co.60.

Que talis est. Empe. dicit ꝙ amicitia est que facit cōgregationē in rebus. quero ergo vtrum amicitia sit idem cum ipsa congregatione harmonizata: aut non. Si dicatur ꝙ est idem: tunc cum nihil sit causa sui ipsius amicitia non erit causa illius congregationis: sicut empe. dicebat. Si vero dicatur ꝙ non est idem. cōtra. cōgregatio harmonizata nihil aliud est q̄ conuenientia quedam: amicitia vero videtur esse quedam cōuenientia: ergo ē idē. ꝛ sic idem quod prius.

Cōfir cum dicit.

Si vero alterum est a mixtione anima: qd igitur carni esse intermittitur ꝛ alijs partibus animalis. Adhuc autem siquidem non vnaqueqꝫ partium habet animam: si non est anima ratio compositionis: quid est propter qd̃ corpus corrumpitur anima deficiente.

Ostendit qūo hec opinio est multū probabilis: dicēs ꝙ ideo videt̃ hec opinio ꝓbabilis: q: posito vno ponit̃ aliud: ꝛ remoto vno remouet̃ alterū. Nā recedente ab aliquo corpore harmonia recedit aīa: ꝛ ꝑmanente harmonia permanet aīa: sed hoc nō sequitur: q: ꝓportio huius nō est forma sicut ipsi credebāt: sed est dispositio materie ad formā. Et sic si accipiatur ꝓportio harmonizate cōpositionis pro dispositione bene sequitur ꝙ manente dispositione materia ad formam manet forma ꝛ destructa dispōne remouet̃ forma. Non tñ ꝙ armonia sit forma sꝫ dispositio mãe ad formā. Secūdo cū dicit. Co.61.

Quod quidem igitur non harmoniā: possibile est esse animam: neqꝫ circulariter moueri: manifestum ex dictis: secundum accidens autem moueri est ꝛ mouere seipsam vt moueri quidem in quo est: hoc autē moueri ab anima. aliter autem non est possibile moueri secūdum locum ipsam.

Cōcludit ꝛ epilogat ꝙ aīa nō mouet̃ circulariter: sicut plato dixit: Nec ē harmōia sicut empe. asseruit: mouet̃ tñ sꝫ accidēs sicut diximus supra: ꝛ mouet seipsā. ꝛ ꝙ mouea Lec.6.

tur secundum accidens p3:q2 mouetur inquantum mouetur corpus in quo est: corpus aũt mouetur ab anima. Alio mõ non est moueri ipsam ßm locũ.nisi p accidẽs.

℄ Lec. decima.

Co.62. Rationabilius autem dubitabit vtiq3 aliquis de ipsa tanquã que mouetur in hmõi cõsiderans. dicimus.n. aiam tristari: gaudere: confidere: timere: Amplius aũt irasci: ⁊ sentire: ⁊ intelligere. Hec autem omnia motus esse videntur: vnde opinabat̃ aliqs ipsã moueri.

Ostẽ p. p9us posuit ratiões illorũ q dixerũt aia3 moueri ex eo ꝙ ipsa mouet corpus: ⁊ disputauit ɔ eos. Hic consequenter vult õndere ꝙ euidentior ratio ꝙ aia mouetur põt sumi ex ipsis operationibus anie. Et circa hoc duo facit. primo.n. mouet dubitationem illo2 q dixerunt aiam moueri ex operibus aie. secundo vero soluit dubitationẽ huius quãtum ad propositũ pertinet. ibi. (hoc autẽ non est necesse ⁊c.) Dicit ergo primo ꝙ l3 predicti phylosophi dubitauerũt vtrũ aia moueretur ex eo ꝙ mouet corpus: tamen (rationabilius) idest probabilius dubitabit aliquis de anima ꝙ moueatur (considerans in hmõi) que dicentur. i. in operationibus aie. Ex his.n. poterit probabiliter ostendi ꝙ aia mouetur. Nos.n. dicimus aiam tristari: gaudere: (confidere) .i. audere. ⁊ timere. Amplius aũt dicimus ipsa3 irasci: sentire. ⁊ intelligere. Cu3 ergo hec omnis sint operationes anime ⁊ sint motus quida3: videtur ꝙ anima moueat̃: hec aũt dubitatio videtur magis probabilis q̃3 superior. Nã illa considerat motũ aie ex motu corporis. dicebat.n.ꝙ nihil mouet nisi moueatur. Unde cum anima moueat corpus manifestũ est ꝙ ipsa mouetur. Hec vero opinio considerat motum ipsius anime ex proprijs operationibus anime. ℄ Cõsr cum dicit.

Co.63. Hoc autẽ non est necesse. Si.n. ⁊ q̃3 maxime gaudere aut dolere aut intelligere mot9 sunt ⁊ vnumquodq3 moueri aliquid. Moueri autem est ab anima: vt irasci aut timere i eo ꝙ corpus quodammodo mouet. Intelligere autem huiusmodi forsitan alterũ aliquod.

℄ Soluit dubitationem. ℄ Circa qδ sciendũ est ꝙ qñq3 Ar. inquisiuit veritatẽ aliquã soluendo ⁊ obijciendo: aliquã 10 obijcit ⁊ soluit post determinatam veritatem ⁊ tũc obijcit ⁊ soluit ßm suam opinionẽ aliqñ vero ante determinatã vitatẽ: ⁊ tũc obijcit ⁊ soluit supponẽdo opiniões aliorũ: ⁊ nõ ß3 suã opinionẽ ⁊ vitatẽ quã ipse opinat̃. Et huius exẽplũ habem9 in. iii. phy. vbi p9us disputat cõtra ponẽtes infinitũ: ⁊ vnũ contra eos multis rationibus: que secundũ se sunt false l3 scõm illos reputãtur vere: puta ꝙ omne corpus h3 leuitatẽ ⁊ grauitate3. Lec.8. cuius ratio est. q2 hoc. s. vtrum omne corpus habeat leuitatẽ ⁊ grauitatem nondum determinauerat quod postea determinauit in li. de celo. ⁊ ideo reiterauit ibi questionem de infinito. Hunc autem modum obijciendi ⁊ soluendi seruat hic Aristo. vnde ⁊ procedit contra eos supponendo illoru3 opiniones. illi enim ⁊ maxime platonici opinati sunt ꝙ tristari: gaudere: irasci: sentire: ⁊ intelligere: ⁊ huiusmodi que dicta sunt: sint mot9 anime. Et ꝙ quodlibet illorum & intelligere fiat per organum determinatũ: Et q̃uñ ad hoc nõ sit differẽtia inter sensitiuam ⁊ intellectiuam. Et ꝙ omnis aia nõ solũ ĩtellectiua sit icorruptibilis. Ar. vo oĩa ista cõcedit: ipe.n. suppõit ꝙ hui9 opationes fiãt p determinata organa & ĩtelligere: Et ꝙ oĩs aĩa sit icorruptibilis. Hoc tñ negat. s. ꝙ huius operationes scilicet sentire gaudere ⁊ huiusmodi sit mot9 anime: sed motus coniuncti: ⁊ quantum ad hoc disputat contra eos. Et circa hoc. d. s. primo enim ostendit ꝙ

Lib.1. Lec.5. Lec.9.

huiusmodi operationes non sunt motus anime. secũdo vero probat hoc quodam medio. ibi (intellectus autem ⁊c.) Dicit ergo ꝙ isti dicunt duo: ⁊ primo ꝙ gaudere ⁊ tristari ⁊ huiusmodi sunt motus: s. cundo ꝙ hec attribuuntur anime. s. irascatur: gaudeat: sentiat: ⁊ huiusmodi: ⁊ sic videtur ꝙ anima moueatur. Sed hoc est nõ necessarium: vtrũq3 istorum est falsum. s. q2 neq3 huiusmodi operationes sunt motus: ⁊ neq3 attribuuntur aie sc3 ꝙ irascatur: gaudeat. s. neiat ⁊ huiusmodi. Sed dato ꝙ sint motus ⁊ loquamur de eis secundum ꝙ sunt motus: nihilominus tamen falsu3 est ꝙ attribuãtur anime. ⁊ per consequens ꝙ secundum huiusmodi operationes moueatur. quod sic patet. Constat enim ꝙ si huiusmodi opatiões sũt motus ⁊ attribuant̃ aie ꝙ nõ attribuũt̃ sibi nisi ß3 aliqs determinatas ptes corpis: sicut sentire non attribuitur anime nisi in aliqua parte corporis: vt in oculo sensus qui est p visum: ⁊ irasci in corde. ⁊ sic de alijs similiter manifeste apparet ꝙ non sunt anime tantũ motus: sed coniuncti. Sunt tamen ab anima: vt puta in hoc quod est irasci: anima enim iudicat aliquid esse dignum ira: cor autem animalis ex hoc mouetur: ⁊ feruet circa ipsum sanguis. Sic autem se habet ad timores. nam aliqua particula corporis contrahitur ad terribile ⁊ alterat̃ ⁊ similiter de alijs. Et sic anima non mouetur: sed ẽ moueri ab ea in eo ꝙ aliquid vt cor quodammodo mouetur. Et quia ipse determinabit inferius ꝙ intelligere est quedam operatio anime in qua non communicat cum corpore. ⁊ non est cõiuncti. Ideo dicit ꝙ intelligere forsitan est aliquid alteru3 ab operationibus coniuncti ⁊ dicit forsitan. quia non loquitur diffiniendo: sed supponendo. Quia vero dixit ꝙ huiusmõi motus non sunt anime sed coniuncti: sunt tamen ab anima.

℄ Ideo cum dicit.

Co.64. Horum autem accidunt alia quidem secũdum loci mutationem quorunda3 modoru3: alia vero secundum alterationem. qualia aũt ⁊ quomodo. alterius rationis est. Dicere ãt irasci animã simile est. Et si aliquis dicat ea3 texere vel edificare: melius enim fortassis est non dicere animã misereri aut adiscere aut intelligere: sed hominem anima. Hec ãt non tã q̃3 motu in illa existente: sed aliquãdo quidẽ vsq3 ad illam. aliquando quidem ab illa: vt sensus quidem ab his: reminiscentia vero ab illa motus qui sunt in sensibilibus organis aut quies.

℄ Uult ostẽdere ꝙ huiusmodi motus corporis sunt ab anima secundum duas species motus vna est secundu3 loci mutationem: sicut patet in ira: motis quibusdã particulis ipsius corporis. s. motõ corde: extra enim sanguis exijt ad partes exteriores motus a feruore cordis. Alius vero est secundũ alterationem: sicut patet in timore. Nã cor ad terribile contrahitur ⁊ infrigidatur: ⁊ alterat̃ homo ⁊ pallescit. Quales autẽ passiones sint ⁊ quomõ moueant̃: alterius rationis est dicere. Sic igit̃ p3 ꝙ hmõi motus non sunt anime sed corporis ab anima: vt dictu3 est. Sicut ergo animal habet operationes corporales ⁊ huiusmodi non sunt anime sed corporis: seu coniuncti ita ⁊ huiusmodi operationes. s. sentire ⁊ gaudere: ⁊ huiusmodi non debent referri ad animam: sed ad coniunctum. Nam si aliquis dicat animam irasci: ⁊ secundum huiusmodi operationes moueri: simile est: ac si dicat ipsam animam texere vel edificare: aut citharizare. Nam ⁊ anima est causa horum motuum: habitus enim edificationis ⁊ textiuus: ⁊ citharizandi est in ipsa anima: ⁊ huiusmõi ab anima sunt. Sed sicut melius ẽ dicere ꝙ edificator edificat: non ars: licet edificator edificet per edifi

ctiuam artem: sic fortassis melius est dicere qꝫ anima non miseretur neqȝ addiscit neqȝ intelligit sed homo p animaȝ. Dicit (fortassis intelligere:) qꝛ loquit̃ supponendo: vt dictuȝ est. Quia vero per hoc quod dicit: (qꝫ non mouet̃ anima): sed hõ per aĩam posset intelligi qꝫ motus existeret in aĩa sicut ĩ subiecto: ideo remouet hoc dicens: qꝫ cũ dico hominẽ moueri ab aĩa: non sic dico qꝫ motus in illa. s. in anima existat: sed quasi ab illa. Cum enim dico hoc mouetur per hoc istud potest dupliciter intelligi: vel qꝛ aliquando ipsa res qua aliquid mouetur motũ substinet. Vt cũ dico hoĩem moueri pede: qꝛ ipse pes mouet̃: Vel qꝛ ipsa aliqñ res nõ sustinet motũ: sed spellit aliqd ad motũ: ⁊ hoc modo hõ dicit̃ moueri per animã. Et in hoc est duplex motus qꝛ aliquando anima est vt terminus motus quando scilicet motus est ad illã scilicet ad aĩam: sicut in apprehensione sensibiliũ. Nam quando aĩa apprehendit exteriora sensibilia: tũc virtus sensitiua que est in organo tutit̃ ⁊ mouetur ad remittendũ ⁊ reducenduȝ species ⁊ intentiones reȝ sensibilium vsqȝ ad illaȝ scilicet ad aĩam. Aliquando vero aĩa est vt principium motus: quando scilicet motus operationis initiatus est ab illa scilicet ab anima vt est in reminiscentia qua intentiones ⁊ phantasmata reruȝ occultata ⁊ recondita educuntur ad intelligenduȝ res sensibiles. Si autem motus aut quietes dicat aliquis phantasmata huiusmodi sint derelicta interius: non refert quantuȝ ad presentem materiam. patet igitur: qꝫ huiusmodi motus non attribuuntur anime: sed sunt coniuncti ab ipsa anima: tñ ⁊ non sicut motu existente in ipsa anima. ¶ Notandum tamen qꝫ hec solutio predicte dubitationis non est distinctiua ⁊ diffinitiua veritatis: sed obuiatiua. Sciendum enim qꝫ motus attribuũtur operationibus anime diuersis diuersimode. Nam tripliciter inuenitur motus in operationibus anime. In quibusdam enim inuenitur motus proprie: in quibusdam minus proprie: in quibusdam vero minime proprie: proprie enim inuenitur motus in operationibus anime vegetabilis ⁊ i appetitu sensitiuo. In operatione quidem anime vegetabilis est proprie motus quando mouetur: vel messe nate per nutrimentuȝ: ⁊ hic est motus augmenti: ⁊ secũdum hoc anima vegetabilis se habet vt agens: corpus vero vt patiens. In appetitu vero sensitiuo proprie inuenitur motus ⁊ secundum alterationem: ⁊ secundum motum localẽ. Naȝ ad appetituȝ alicuius rei: homo statim mouetur ⁊ alteratur. Vel ad iram sicut in appetitu vindicte. Vel ad gaudium sicut in appetitu delectabilis. Item ex hoc mouetur etiaȝ sanguis qui est circa cor ad partes exteriores: ⁊ etiam homo de loco ad locum ad consequenduȝ id quod appetit. Minus vero proprie inuenitur motus in operationibus anime sensitiue: in his enim non est motus secundum esse nature: sed solum secundum esse spirituale sicut patet in visu cuius operatio non est ad esse naturale: sed spirituale: quia est per species sensibiles: secũduȝ esse spirituale receptas in oculo: sed tamen habet aliquid de immutabilitate inquantum scilicet subiectuȝ virtutis visiue est corpus: ⁊ secundum hoc hz rationem motus: licet minus propriam: non eni dicitur motus in his operationibus proprie: nisi cũ operatio illa est ad esse nature. Minimuȝ autẽ de proprietate motus ⁊ nihil nisi methaphorice inuenitur in intellectu: naȝ in operatione intellectus non est mutatio secundum eẽ naturale: sicut est ĩ vegetabili: nec subiectũ spirituale quod immutetur: sicut est in sensibili: Sed est ibi ipsa operatio: que quodammodo dicit̃ motus inquantũ de intelligente in potentia fit intelligẽs in actu. Differt tñ a motu eius operatio: qꝛ eius operatio est actus perfecti: motus vero est actus ĩperfecti. Et ideo patet quomodo operatiões anime vegetabilis ⁊ sensitiue nõ sunt motus aĩe: sed cõiuncti: operationes aũt intellectus non dicunt̃ motus nisi methaphorice: ⁊ sunt soliũ anime intellectiue absqȝ aliquo determinato organo. ¶ Secũ

dum etiaȝ qꝫ sicut in sensu inuenitur vis appetitiua ⁊ apprehensiua: ita ⁊ in intellectu inuenit̃ vis appetitiua ⁊ apprehensiua. Et ideo hec amor. odiũ: gaudium: ⁊ huiõi possunt intelligi ⁊ prout sunt in appetitu sensitiuo: ⁊ sic habent motũ corporalẽ coniũctu: ⁊ prout sunt in intellectu ⁊ voluntate nũ absqȝ omni affectione sensitiua: ⁊ sic non pñt dici motus: qꝛ nõ habent motũ corporalez coniũctũ. Et inueniũtur etiaȝ in substãtijs separatis sz qꝫ in sequentibus melius patebit.

¶ Cōsir cuȝ dicit.

Intellectus autez videtur in fieri substantia quedam existens ⁊ non corrumpi. Maxime autem corrumperetur vtiqȝ ab ea que est i senio debilitate. Nunc autem forte quemadmodum in sensitiuis accidit. Si enim accipiat senior oculum iuuenis: videbit sicut ⁊ iuuenis: quare senium non est in substinendo aliquid aĩam sed in quo sicut in ebrietatibus ⁊ infirmitatibus. Intelligere igitur ⁊ considerare marcescunt alio quodam interius corrupto: ipsum autez impassibile ē. Intelligere autez ⁊ amare ⁊ odire nõ sunt illius passiones: sed huius habentis illud: secundum qꝫ illud habet. Quare ⁊ hoc corrupto non reminiscitur. neqȝ amat: non eniz illius erant sed communis: quod quidem destructum est: intellectus autem forrassis diuinuz aliquid ⁊ impassibile ē quod qdẽ igitur nõ possibile moueri animam: manifestũ ex his. Si autẽ penitus nõ mouetur: manifestũ quoniã neqȝ a seipsa. Co. 65. Co. 66.

¶ Vult probare eaq̃ ostẽdit. s. qꝫ huiõi operationes et si sint motus sicut ipsi dicebãt nõ attribuũtur anime: sed corpori ⁊ coniuncto. Et hoc probat per quandaz opinionez illoȝ que erat famosa tẽpore suo. scilicet qꝫ oĩs aĩa est incorruptibilis: ⁊ hoc sz eos erat de intellectu ⁊ de omni anima. Dicit ergo qꝫ videtur predictis phylosophis qꝫ intellectus sit quedaz substãtia que est in fieri ⁊ nondũ completa: ⁊ qꝫ nõ corrumpitur. Cuius ratio est. qꝛ nos videmus qꝫ oẽs debilitationes que fiunt circa intellectuȝ ⁊ sensuȝ: non attingunt ad ipsaȝ aĩam sm se: sed proueniunt ex debilitate organi. Unde videtur qꝫ intellectus ⁊ oĩs aĩa sit incorruptibilis ⁊ qꝫ debilitatio in eius operationibus non fit ex eo qꝫ ipsa corrumpatur: sed ex eo qꝫ debilitantur organa. Si enim corrumperetur anima: maxime corrũperetur a debilitate que ẽ in senectute: sicut accidit in organis sensitiuis que debilitantur ex senectute: tamẽ anima non debilitatur ex hoc. qꝛ si senex acciperet oculũ iuuenis: videbit vt iuuenis: quare senectus debilitat: nõ quidem qꝫ ipsa anima patiat̃ seu virtus sensitiua: sed id in quo est: sicut in egritudinibus ⁊ in ebrietatibus non debilitatur seu alteratur anima sed corpus. Sic ergo (intelligere). idest simplex apprehensio. (⁊ considerare) .i. operatio intellectus que est in cõponendo ⁊ diuidendo marcescunt. non quidem qꝫ intellectus corrumpatur ⁊ patiatur. sed corrupto quodam alio interius. idest corrupto aliquo quod est organum intellectus ipsuȝ autẽ intelligere est passibile. Hoc autez dicit Ar. non qꝫ sit huius opinionis. qꝫ credat intellectum habere determinatum organum corporale: sed sicut dictũ est ipse hoc loquitur supponendo opiniones istoȝ phylosophoȝ: q sicut dictũ est erant huius opinionis: qꝫ oẽs operationes aĩe ⁊ etiã ipse intellectus haberẽt organa determinata. Et ideo sm hoc assignat quare itelligere marcescat. quia huiusmodi operatiões que sunt intelligere:

amare ⁊ odire: nō sunt passiones (illius) .s. aīe supponēdo loquitur: (sed huius habentis) .s. cōiuncti seu organi corporalis. organi dico habētis illud .s. ītelligere: ⁊ huiusmodi (secūdum ꝙ illud habet). Unde (corrupto hoc) scilicet determinato organo huiusmodi operationis que est amare seu ītelligere: nō rememorat᷑ neqȝ amat .s. aīa. Cuius ratio est: ꝙ huiusmodi passiones nō erant aīe tantū: (sed cōis) scilicet coniuncti: quod est iam destructū ⁊ corruptum. Si ergo oēs huiusmodi motus ⁊ operationes debilitātur. non propter aīam sed propter debilitatē corporis seu organi vt dictū est: Manifestum est ꝙ nō sunt aīe tātum sed cōiuncti ⁊ per consequēs ꝙ aīa nō mouetur: sed cōiunctū licet aīa. ¶ Quia vo Aristoteles locutus est hic de intellectu supponēdo opiniones aliorū: sicut iam patet: ne credat᷑ ꝙ ipse opinetur intellectū sic esse vt supposuit ideo remouet hoc dicēs: ꝙ (fortassis intellectus est aliqd diuinius ⁊ īpassibile) .i. aliquid altius ⁊ aliqua maior potētia ⁊ per ꝯñs operatio ipsius aīe ꝙ dicatur hic. Dicit aūt (fortassis): q: nōdūȝ
Lec.10. hoc determinauerat: sed postea hoc in tertio ostēdit. vñ pȝ ꝙ supponēdo loquit᷑. ¶ Consequenter concludit ex oībus dicēs: ꝙ manifestū est ex oībus his q̄ dicta sunt: ꝙ nō ē possibile aīā moueri: sȝ ⁊ si nō mouetur aliquo modo manifestuȝ est ꝙ non mouet᷑ a seipsa huiusmodi motibus sicut isti ponebant.

Co.67. m

Ultum autem his que dicta sunt irrationabilius dicere animam esse numerum seipsum mouentem. Insunt enim his impossibilia: primo quidem ex ipso moueri accidentia: propria autem ex eo ꝙ dicunt ipsam esse numerū quomodo enim oportet ītelligere vnitatē motā: ⁊ a quō: ⁊ quomodo impartibilem ⁊ indifferentem existentem. Si namqȝ ē mota ⁊ mobilis. differre oportet.

¶ Lectio vndecima.

p Ostq̄ phylosophus improbauit opinione illorū qui dixerūt simpliciter aīam moueri: Hic cōsequēter arguit cōtra opinionem xenocratis: qui supra motum addidit aliquid aliud scilicet ꝙ aīa estȝ numerus mouēs seipsum. Et hec opinio est multū irrationabilior opinionibus aliorū phylosophorū que dicte sunt. Nam his qui dicūt animā esse numerū mouentē seipsum multa īpossibilia insunt: ⁊ primo qdē ea q̄ accidūt (eo ꝙ ē moueri) .i. ex motu: q̄ et accidūt oībus dicētib᷒ aīam moueri. Accidūt et sic dicētibus: ⁊ incōuenietia ppria ex hoc .s. ꝙ dicūt aīam esse numerū. Et pp hoc phylosophus īprobat diffinitionē hāc xenocratis de aīa: ⁊ nō tm̄ disputans ad nomē sȝ ipsāȝ intētionē diffiniētis. Circa hoc ăt .d.f. primo ostēdit hāc diffinitionē esse incōuenietē q̄tū ad ipsāȝ aīaȝ vł subāȝ aīe: scd̄o vero q̄tū ad ei᷒ accidētia. ibi. (cōpletētibus igit᷑ in vnū ⁊c.) Circa primū .d.f. primo .n. destruit diffinitionē pdictā de aīa p rōnes. scd̄o vero ostendit ꝙ ad hāc diffinitionē sequentur oīa incōuenietia que sequūtur ad opiniones aliorȝ phylosophorȝ. ibi. (accidit ăt sicut diximus ⁊c.) Quod ăt pdicta diffinitio sit incōgrua pbat sex rōnib᷒. Quarū prima talis est. Tu dicis aīam eē numerū mouētē seipsum: numerus autē constat ex vnitatib᷒: ergo dicis aīaȝ esse vnitates. si tu dicis aīam esse numerū mouentē seipsum: ergo ⁊ aīam vnitates
Lec.10. mouētes seipsas. sed oē mouēs seipsum hȝ duas partes: vt pbat in .viii. phy. quarū vna ē mouēs ⁊ alia mota. ergo oportebit dicere ꝙ vnitas seu punctū diuidatur ī duas partes. quarū vna sit mouēs. ⁊ altera mota. hoc ăt est īpossibile: ergo īpossibile ē ꝙ aīa sit numerus mouēs seipsuȝ. Quod ăt sit īpossibile vnitatē habere vnam ptē mouentem: ⁊ alia motā pbat. q: nullo mō illud qd̄ est oīno impartibile ⁊ indifferēs pōt intelligi ꝙ mouens tur per se: ita ꝙ hēat ptē mouētē vnā: ⁊ aliā motā. Nam in nullo pōt hec duo .s. vis motiua vel mota. ⁊ mobi is vł mota esse nisi differāt. cū ergo vnitas sit īpartibilis ⁊ indifferēs. nō pōt hmōi ptes habere ⁊ sic nec moueri: ergo aīa non est numerus mouens seipsum.

¶ Secundam rationem ponit cum dicit.

Amplius quoniam dicunt lineam motam Co.
planum facere: punctū autem lineam: ⁊ vnitatū motus linee erunt. Punctum autem vnitas est positionem hñs. Numerus autem anime iam alicubi est: ⁊ positionem habet.

¶ Que talis est: Tu dicis aīaȝ esse numerū. ergo ⁊ vnitates vt dictū est. Inter vnitatē aūt ⁊ punctuȝ nulla differētia est: nisi ꝙ punctus hȝ pōnē. est .n. punctū vnitas pōnem hñs. Sed si aīa est numerus oportet ꝙ alicubi sit hmōi numerus aīe: ⁊ positione habens: ergo aīa erit vnitates pōȝ hñs. hmōi ăt sūt pūcta: ergo anima erit pūcta. sed fm ꝙ dicunt platonici: motus puncti facit lineā. linea ăt mota facit supficiē: supficies vero corpus: sed ē aīa numerus mouēs seipsum: ergo eodē mō ⁊ vnitas ⁊ p ꝯñs est punctuȝ mouēs seipsum: punctuȝ ăt motū nō facit nisi lineā. ergo motus aīe nō fac t nisi lineā. ⁊ sic anima motu suo non cāt vitā: sed lineam: quod est falsum. Nō est igit᷑ aīa numerus mouēs seipsum.

¶ Tertiaȝ rationē ponit cum dicit.

Amplius autē a numero si auferat aliquis numerum aut vnitatem. relinquitur alius numerus. Plante autem ⁊ animalium multa diuisa viuūt. ⁊ vident᷑ eandē hēre animā specie.

¶ Que talis est. Si aīa est numerus vt tu dicis. oportet ꝙ cōsequat᷑ passiones ⁊ naturā numeri: sed cōstat ꝙ si aliqs aufera a numero vnitatē aliquā seu addat mutat speciē. Nā si huic numero .s. tria addas vnitatē mutat speciē. Alia .n. spēs ē huius numeri .iiij. ⁊ talis eius qđ est tria. Si vero ab eodē auferas vnitatē efficit᷑ duo ⁊ mutat similiter spēm. cōstat ăt ꝙ aīalia sumunt speciē ab aīa: cuȝ vnūqdqȝ cōsequat᷑ p formā speciē suā. ergo si aīa ē numerus ex subtractione vel additione alicuius ab aīa: relinquit᷑ alia aīa specie: ⁊ hoc ē falsuȝ. Uidemus enim in decisionibus plātaȝ ⁊ aīalium anulosoȝ ꝙ diuisa seu decisa viuunt. ⁊ eandē specieȝ habēt. nō ergo anima est numerus mouens seipsum.

¶ Quartaȝ rationem ponit cuȝ dicit.

Uidebitur autē vtiqȝ nihil differre dicere Co.
vnitates aut corpora parua. Et namqȝ ex Democriti superis si fiant puncta: solum autem maneat quātitas. erit aliquid ī ipso. Hoc qdē mouens. aliud autem quod mouetur: sicut in magnitudine. Non .n. pter hoc ꝙ ē magnitudine differre aut paruitate accidit quod dictuȝ ē: sed quia quantum. Unde necesse est aliquid esse motiuum vnitatum. Si aūt in animali quod mouens aīa ⁊ in numero quare non mouens ⁊ quod mouetur est anima: sed mouens solum.

¶ Que talis ē. Tu dicis aīaȝ eē numerū: ⁊ sicut dictū est sequit᷑ ꝙ aīa sit vnitates positionē hñtes: ⁊ p ꝯñs ꝙ sit pūcta. sȝ hoc ăt. si recte ꝯsideremus videbit᷑ vtiqȝ ꝙ nihil differt dicere ꝙ aīa sit corpora pua ⁊ īdiuisibilia: sicut dixit democritus: aut dicere ꝙ sit vnitates positionē hñtes: vnū .n. pōeȝ hñs q̄ntitatē ē ⁊ īdiuisibilis. Ex hoc ergo sic arguo. Aīa scd̄m positionē tuā ē numerus mouēs seipsuȝ: ⁊ p ꝯñs vnitates ⁊ pūcta mouētia seipsa. ponamus aūt ꝙ corpora indiuisibilia q̄ posuit democrit᷒ sint

puncta: quia non differt sicut dictū est: & sit quātū: quod necesse est: qr ꝓprie nō mouet̃ nisi quantū. Modo aūt pūcta mouēt seipsa: qr aīa est numerus seipsum mouēs. Sed in mouēte seipso sicut dictū est duo sunt: ergo erit in ipso puncto vnū quod est mouēs: & aliud qḋ est motum. Nec est curandū vtrū sint magna seu parua dūmodo sint q̄titatiua: quia ī quolibet cōtinuo mouēte seipsuz hoc accidit. s. ꝙ sint duo ibi: vnū vt mouēs. & aliud vt motū. Et sic necesse est ꝙ sit aliquid motiuuz vnitatū. In aīali autē illud quod mouet aīal est anima. ergo & in numero illud quod mouet numerum erit anima: ergo aīa nō ē id quod mouet̃: sed illud quod mouet. Et sic mala ē diffinitio anime ꝙ sit numerus mouens seipsum: sed potius ꝙ sit numerus mouens numerum motum.

Quintam rationē ponit cū dicit.

Co.70. Cōtingit āt quodāmō hāc vnitatē cē. o3 n. ipsi īesse q̄zdā differētiā ad alias. Pūcti āt solitarii: q̄ vtiq3 ad differētiam erit nisi positio: Si qdē igit̃ sūt altere ī corpe vnitates & puncta: ī eodem erunt vnitates. obtinebit. n. locū pūcti: tū & qd ꝓhibet in eodē esse: si due sunt & īfinitas: Quorū. n. locus ē īdiuisibilis: & ipsa. Si āt ī corpore puncta numerus aīe: aut

Co.71. si qui eorū q̄ in corpore punctoruz numerus aīa quare nō oīa habēt animam corpora. puncta enim in omnibus videntur. esse & infinita.

Que talis est. Secundū opinionē xenocratis contingit hanc. s. aīam esse vnitatē: sed ex hoc cōtingit ipsam eē puncta: qr si aīa est vnitas: oportet quod differat ab alijs vnitatibus: nō poterit autē differre ab eis nisi per positionem. quia. n. est differētia (puncti solitarij) id est vnitatis intellecte nisi positio. nulla vnitas autē nisi positionez hñs est punctū: ergo anima nō est vnitas: sed pūcta. Sz anima est in corpore & quodlibet corpus hz puncta sua per se. quero ergo vtrū puncta que sunt anima sint eadē cū punctis corporis aut alia: siquidem sunt altera: ergo cum in qualibet parte corporis sit anima in qualibet pte corporis erunt puncta anime: & sic erunt duo pūcta in eodē loco simul: & si duo propter quod nō plura aut etiam infinita: nam illa quorū locus est indiuisibilis: & ipsa indiuisibilia sunt: vnde nō indigent ampliori loco. Unde si ponantur duo esse in loco indiuisibili per pñs possūt in eodē loco esse infinita. Si vero dicas ꝙ sunt eadez pūcta que sunt in corpore cū hijs punctis que sunt anima: sequit̃ ꝙ cum omne corpus habeat puncta: ꝙ oē corpus habeat aīam: sed hoc est falsum: nō ergo aīa ē numerus mouēs seipsū.

Sextā rationē ponit cum dicit.

Amplius autem quomodo possibile est separari puncta & absolui a corporibus: siquidem non diuidantur linee in puncta.

Et sumitur ex precedēti que talis est. Sicut dictū est sequitur ex positione xenocratis: ꝙ anima sit puncta: sed nos videmus ꝙ puncta non separantur nec absoluūtur a corporibus: Nam linee nō diuiduntur a superficieb⁹: nec pūcta a lineis: Anima vero separatur & absoluitur a corpore: ergo non est puncta neque numerus: patet ergo ꝙ diffinitio xenocratis de anima est incongrua quantum ad ea que in diffinitione ponuntur.

Consequenter cum dicit.

Co.72. Accidit āt sicut diximus: siqdē idē dicere corpus quoddā subtiliū partiū ipsaz ponētib⁹: sic āt sicut Democrit⁹ dicit ab aīa moueri: ꝓpriū īcōueniēs. Si qdē. n. ē aīa ī oī co ꝙ sentit corpore: necesse duo in eodē esse corpa: si corpus aliquod aīa. Numerū autem dicētibus ī vno pūcto pūcta multa: aut oē corpus animā hēre: nō qdā numerus differēs fiat & alius ab his q̄ in corpore pūctorū. Accidit āt

Co.73. aīal moueri a numero: sicut & Democritū dixit ipsum mouere. Quid. n. ē differre dicere speras pūas aut vnitates magnas: aut oīno vnitates ferri: Utrobiq3. n. necesse est moueri animal in eo quod mouentur ipse.

Dicit diffinitionē predictam esse incongruaz quantū ad incōueniētia: q̄a ex huiusmodi diffinitione de anima sequūtur oīa incōuenientia que sequūtur ex opinionib⁹ oīum phylosophoꝝ de anima. Quidā enim errauerunt circa aīam & dixerūt ipsam esse corpus subtilissimarum partiū. Ex quo sequebat̃: quod cuz anima sit vbicunq3 est sensus in corpore: & sensus sit vbique per corpus: ꝙ si anima est corpus ꝙ duo corpora sint simul. Et hoc idē sequit̃ si anima est puncta: sicut dictū est. s. ꝙ duo sint simul & etiā infinita: & hoc si puncta aīe sint alia a punctis corporis. Sed si nō (hat differens numerus) punctoruz aīe. i. si nō differāt puncta aīe a pūctis que sunt in corpore sequit̃ ꝙ in quolibet corpore sit aīa: in quolibet cuz corpore est inuenire puncta. Quidā vero sicut democritus errauit dicēs animā moueri: & corpus ex motu aīe. & cū ipse diceret cōponi aiam ex indiuisibilibus spericis: & ex motu ipsarū moueri corpus: sequebat̃ ꝙ corpus moueret̃ ex corporibus indiuisibilibus. Et hoc idem incōueniens sequit̃ ex diffinitione istoꝝ: scilicet animal moueri ex numero: & ꝓ pñs a punctis. & nō est differētia dicere speras paruas: & vnitates magnas: aut quascunq3 vnitates moueri: nā (vtrobiq3). i. in spericis corporibus & in vnitatibus: necesse est ꝙ aīal moueat̃ eo ꝙ ipsa. s. corpora sperica & puncta seu vnitates mouentur.

Consequenter cum dicit.

Cōplectētibus. igit̃ ī vnū numerū & motū hec qdē accidūt & multa alia hmōi. Nō. n. solū diffinitionē aīe īpossibile ē hmōi esse sed & accidēs. Manifestū est aūt siquis argumētauerit ex ratione hac passiones & opa aīe reddere: vt cogitationes: sensus: letitias: tristitias: & quecunq3 alia huiusmodi. sicut. n. diximus prius: neq3 diuinare est facile ex ipsis. Co.74.

Ostendit insufficientiā predicte diffinitionis ex pte accidētium. Dicit ergo ꝙ quādocunq3 diffinitio sufficienter assignat̃ nō solum debet ducere in cognitionē substantie rei diffinite: sed etiā accidētuz. Sed si complacemus in vnū ista duo que posita sunt in diffinitione aīe. s. numeꝝ & motum: nō solum accidūt nobis incōueniētia que dicta sunt circa substātiā ipsius aīe: sed etiā multa alia: quia hec duo nō solū est impossibile esse diffinitionē. i. substātiā aīe: verum etiā est impossibile ꝙ ipsa. s. numerus & motus sint accidētia anime: seu ducant in cognitionē accidētium. Nō igitur est cōgrua diffinitio: cuz nō ducat in cognitionē accidētium. Et ꝙ nō ducat in cognitionez accidētium aīe manifestum est siquis ex hmōi diffinitiōe conabitur passiones & operationes aīe assignare: puta ratiocinationes: delectationē: tristitiā: & hmōi: ex ipsis enim scz ex numero & motu: non solum non erit facile deuenire in cognitionem accidentium & operationum aīe: sed nec diuinare poterimus ex eis aliquid de ipsis passionibus & operationibus anime.

Lectio duodecima.

Ribus autē modis traditis secūdū quos diffiniūt aīam alii qdē maxime motiuū enūciauerūt ī mouēdo seipsā. Co.75.
Alii āt corpus subtilissimū aut īcorpalissimū

aliorū. Hec aūt q̄s dubitatōes et subcōtrarie
tates hñt: ꝑteriuim⁹ fere. Reliq̄t aūt cōsidera
Co.76. re q̄uō dicit̄ ex elemētis ipsā eē. Dicūt.n.q̄te
n⁹ sentiat ea q̄ sūt: ⁊ vnūq̄dq̄ꝫ cognoscat. Neces
sariū aūt est accidere multa ⁊ ipossibilia rōni.
Ponūt.n.cognoscere simile simili: tāquaꝫ ac
si aīam res ponētes: Nō sunt aūt hec sola: mul
ta vo ⁊ alia. Magis aūt forassis īfinita nume
Co.77. ro q̄ sunt ex his. Ex qbus igit̄ ē vnūquodqꝫ
horū cognoscere aīam ⁊ sentire: sed cōpositū
nō cognoscet. neqꝫ sentiet: ut qd deus aut hō:
aut caro: aut os. Similiter autē qd̄libet aliud
cōpositoꝝ. Nō.n.quolibꝫ mō se hñtia elemē
ta horū vnūquodqꝫ: sed rōne q̄dā ⁊ cōpositi
one: sicut Empe. dicit os ⁊ terra. Terra aūt be
ne apta i hñ āplis receptaculis duas ex octo
ptibus sortita ē: q̄tuor aūt vulcani: ossa aūt al
ba sunt. Nihil igit̄ ꝓfectus ē elemēta in aīa es
se. nisi ⁊ rōnes inerūt ⁊ cōpositio. Cognoscet
n. vnūquodqꝫ simile. Os aūt aut hoīeꝫ nihil:
nisi ⁊ hec inerunt. Hoc autē quod ipossibile
sit nihil oꝫ dicere. Quis.n. dubitabit si inerit
in anima lapis aut homo: similiter autē ⁊ bo
nū ⁊ non bonū eodem modo ⁊ de aliis.

p Postq̄ꝫ phus ondit supra q̄uō antiq naturales i cognitioneꝫ aīe venerunt ꝑ tria. s. ꝑ motū ⁊ cognitōnē: ⁊ ꝑ eē icorpalissimū: ⁊ disputauit ꝯ illos q venerūt i cognitioné aīe ꝑ motū: ⁊ ꝯ illos q dixerūt aīam esse qd icorpalissimū ⁊ maxime simplex: hic ꝯñr disputat ꝯ illos q dicebat aīam oīa cognoscere: q: cōposita erat ex oib⁹: quorū positio fuit ꝙ aīa cognosceret res oēs. ⁊ q: cognitio fit ꝑ assimilationē q̄si hoc a lōge diuinātes: dicebāt aīaꝫ ad hoc ꝙ oīa cognosceret eē cōpositā ex oib⁹: ⁊ ꝙ siluudo i ex oīum eēt in aīa s'm ꝓp.iū modū eēndi. s. corpalē vñ cū res cōstā ex elemētis dicebāt ꝙ aīa erat cōposita ex oibus elemētis: vt sentiat ⁊ cognoscat oīa q̄ sūt. Et q: pricipalis i hac positiōe fuit empe. cū poneret aīaꝫ cōpositā ex pluribꝰ elemētis q̄ꝫ aliq̄ alioꝝ: iō phus principaliter hic reprobat opinionē suā ⁊ disputat ꝯ eā. Et circa hoc. d. s. prio.n. iprobat opinionē empe. scdo vo q̄sdam aliā. ibi. (In toto aūt qdē ipsam ⁊c.) iprobat aūt opionē empe. decē rōnibus. quaꝝ pria talis ē. Empe. dicit ꝙ q: cognitio fit ꝑ similitudinē: cū aīa cognoscat oīa. oꝫ animā cōpositā eē ex oibus. Sꝫ pꝫ ꝙ huic rōni est necessariū accidere multa incōueniētia: ⁊ ipossibilia. cōstat.n. ꝙ i q̄libet re nō sunt. hec sola. s. elemēta: sed multa alia ab elemētis sicut est ꝓpo. tio cōmixtionis ⁊ rō vniuscuiusqꝫ. ⁊ forte sūt īfinita numero q̄ accidūt rebꝰ cōpositis ex his s. elemētis: sicut pꝫ i osse. nā nō solū oꝫ cognoscere illa ex qbus cōponit̄ os: sed ēt ꝓportionē q̄ ē iter illa ex qbꝰ cōponit̄ ⁊ rōnē ossis. q: oīa q̄ sunt cōposita nō cōsistūt quocūqꝫ mō se habeāt elemēta: sed quadā rōne ⁊ cōpositione. vt. s. sint ꝓportionata ad iuicē. Nā os cuꝫ hēat octo ptes: s'm qd dicit empe. vnūquodqꝫ cōpositū oꝫ habeꝛ viij. ptes q̄ nō equaliter attribuūtur oibus elemētis: sed terra hꝫ ibi duas ptes. Aer hꝫ ibi vnā: aq̄ similiter vnā: sed ignis q̄tuor. ⁊ iō ex maiori ꝑticipatiōe ignis dicit ossa eē facta alba. ⁊ ex terra sicca. Sic ergo i rebus cōpositis nō solū sunt ipsa elemēta. sed ꝓportio ⁊ ratio vniuscuiusqꝫ. Inde sic. Aut ergo iste ꝓportiones sunt i aīa cū elemētis: aut nō. si sunt in aīa. ergo in aīa sunt ossa: ⁊ carnes ⁊ huiōi. ⁊ ꝑ ꝯñs hō ⁊ lapis: ⁊ corpa: ⁊ ꝯria: vñ nullus dubitat ꝙ hec nō sunt in aīa. Si vero dicas ꝙ non sunt ibi huiōi ꝓportiōes ⁊ rōnes sꝫ solū elemēta: tūc aīa nō cognoscet ꝓportiones rerū nec ipsa cōposita. q̄uō.n. poterit cognoscere oīa. s. totū celū: aut hominē aut lapidem seu os: nullo modo cognoscet: sed elemēta tantuꝫ.

Secundam rationem ponit cum dicit.

Co.78. Amplius aūt cū multipliciter id quod est si
gnificat.n. aliud qdē hoc aliqd aliud aūt quāti
tatē. aut qualitatē: aut ⁊ quoddā aliud diuiso
rū p̄dicamētorū: vtrū ex oibꝰ erit aīa aut nō:
sed nō videntur cōīa oīum eē elemēta. si igitur
q̄cūqꝫ substātiarū sunt ex his solū. Q̄uō igit̄
cognoscet ⁊ aliorū vnūquodqꝫ: Aut dicet vni
uscuiusqꝫ generis esse elemēta ⁊ principia ꝓ
pria: ex qbꝰ aīam cōstare. Erit ergo qualitas
⁊ quātitas ⁊ substātia. sed ipossibile est ex quā
titatis elemētis esse substantiam ⁊ nō quantita
tem. Dicentibus itaqꝫ ex omnibus hec ⁊ hu
iusmodi alia accidunt.

Que talis ē. Tu dicis ꝙ aīa est cōposita ex principiis sed diuersoꝝ generū diuersa sunt principia: cuꝫ ergo id qd est dicat̄ multipliciter. i. sicut diuersa genera: sicut substātie q̄litatis. q̄titatis ⁊ alioꝝ p̄dicamētorū. ergo erunt diuersa principia. Quero ergo vtrū aīa sit cōposita tantū ex principiis substātie: aut ex principiis oīum generū. si tantū ex principiis substātie. tūc aīa non cognoscet nisi substātias ⁊ ipsi ponūt eā cognoscere oīa. Si vero cōponitur ex principiis oīuꝫ generū: tūc cū q̄cquid est ex principiis substantie sit substātia: ⁊ ex principiis q̄titatis sit q̄titatis: ⁊ sic de singulis: aīa erit substātia q̄titatis: qualitatis: relatio: ⁊ huiōi. Posset aūt respōderi ꝯ hāc rationē Aꝝ. ꝙ principia substātie sunt etiā q̄titatis ⁊ q̄litatis ⁊ alioꝝ. cū oīa fundent̄ supra substātiā: ⁊ iō nō oꝫ ꝙ sint in aīa aliqua alia principia: q̄ꝫ principia substantie: ⁊ nihilominus cognoscet oīa. Ad hoc dicēdum ꝙ q̄libet res habet principia proxima ⁊ remota: ⁊ cognitio oꝫ ꝙ fit ꝑ principia ꝓxima: principia aūt substantie licet sint principia alioꝝ: sunt tñ remota ⁊ nō ꝓxima: ⁊ iō per ea non potest haberi cognitio nisi de substantia.

Tertiam rationem ponit cum dicit.

Co.79. Inconueniens autem est dicere quidem im
possibile esse simile a simili: sentire autem simi
le simili. ⁊ cognoscere simile simili. sentire aūt
pati aliquid ⁊ facere ⁊ moueri ponunt: simili
ter autem cognoscere ⁊ intelligere.

Que talis ē. Ratio q̄t e aīa sit composita ex oibus elemētis est: q: aīa cognoscit oīa. ⁊ cognitio ē ꝑ similitudinem contra. constat enim ꝙ sentire ⁊ cognoscere est pati aliquid: sed inconueniēs est dicere ꝙ simile patiatur a simili sed a contrario. ergo ⁊ inconueniens est dicere ꝙ sentire seu cognoscere sit simile simili.

Quartam rationem ponit cum dicit.

Multas autem dubitationes et difficulta
tes habente ipso dicere: sicut Empe. ꝙ cor
poreis elementis singula cognoscuntur: ⁊ ad
simile testat̄: quod nunc dictum est. Queũ
qꝫ.n. insunt in animalium corporibus simpli
citer terre: vt ossa nerui pili nihil sentire videntur
quare neqꝫ similia ⁊ tamen conueniret.

Que talis est: Ex hoc qd dictū ē supius testat̄ ꝙ dictū empe. s. ꝙ simile sibi cognoscat̄: hꝫ multas dubitationes ⁊ difficultates: sed adhuc etiā magis apparet difficile ⁊ iproprie dictū. Nā si aīa cognosceret simile simili

sicut empe. dicit tūc sequit̄ q̄ elemētum aeris cognoscat aerea ⁊ sic de alijs: sed nos videm⁹ q̄ multe ptes sūt i aīali q̄ nihil sentiūt. sicut pili ⁊ ossa ⁊ nerui tñ due siret q̄ senciret secundū positionē eorū: ergo nō cognoscitur simile simili: vel ēt nō ē cōposita ex oib⁹ elemētis.

Quintam rationem ponit cū dicit.

Co. 78. Amplius autem vnumquodq̄ principiorū ingratiam plurium quaz intelligentia existet. cognoscet quidem .n. vnum quodlibet: multa autem ignorabit. omnina eniz alia.

Que talis ē. Adhuc ex positiōe empe. q̄ sile cognoscē sili: sequitur aliud icōueniēs. s. q̄ principiū hz plus ignorātia q̄ de itelligētia. Si .n. cognitio ē p̄ simile tñ: ⁊ pricipiū qdlibet sit simplex ⁊ nō hz alicuius similitudi. nisi semetipsum nō cognosceret nisi seipsum ⁊ ignorabit cetera: oia. s. q̄ sūt alia ab eo. Sextā rōnē pōit cū dic.

Accidet aūt ⁊ Empedocli īsipientissimuz esse deum. Solus .n. elemētorū vnum non cognoscet discordiam: mortalia aūt oia. Ex omnibus enim vnumquodq̄ est.

Que talis est. Adhuc ēt ex dicta pōne. s. q̄ simile cognoscāt sili: accidet aliud icōueniēs empe. hoc videlicet q̄ deus sit īsipiētissim⁹ oium aīaliū: qđ ex hoc sequitur sciēdū .n. q̄ sicut dictū ē: Emp. posuit ista oia iferiora cōposita eē ex .iiij. elemētis: ⁊ ex lite ⁊ amicitia: ⁊ q̄ generatio ⁊ corruptio puenit i reb⁹ ex istis duob⁹. s. lite ⁊ amicitia. Celū vō dixit eē dm̄ ⁊ dixit q̄ erat cōpositus ex .iiij. elemētis: ⁊ amicitia. sed non ex lite: ⁊ iō ē icorruptibile. Si ergo simile cognoscit̄ simili. cuz deus nō sit cōpositus ex lite: non cognoscet litē: ⁊ sic erit simpliciter insipiētior ceteris aīalibus q̄ cognoscūt litē cū sint compositi ex ea. Septimā rōnē ponit cū dicit.

Oio aūt ꝓpter quam cām nō oia habent animam que sūt. Quoniam oia aut elementum. aut ex elemento: aut vno: aut pluribus: aut omnibus. Necesse enim ē vnum aliquod cognoscere: aut quedam: aut omnia.

Que talis est. Si aīa ē cōposita ex oib⁹ elemētis: seq̄ q̄ oia q̄ sunt hñt aīaz. oē .n. qđ ē aut ē ex oibus elemētis aut ex aliqb⁹. s3 oē qđ ē cōpositū ex elemētis: aut ex elemētis ē corpus: ergo oia corpa hñt aīaz ⁊ oia q̄ sunt. qđ falsum ē. Octauā rōnē ponit cū dicit.

Dubitabit autem vtiq̄ aliquis: ⁊ quid est vnum faciens ipsa. Materie enim comparantur elementa. Maxime aūt propriū ē illud cōtinēs quodcūq̄ ē. Aīa autem aliquid esse melius ⁊ antiquius īpossibile est. impossibilius aūt adhuc intellectu. Rōnabilissimuz ātē hunc nobilissimum ⁊ diuinū secūduz naturam: Elementa, aūt dicunt esse prima entiuz.

Que talis ē. Elemēta sunt plura ⁊ cōtraria: vbicūq̄ autē aliqua ꝯria cōueniūt ⁊ cōponunt̄: oz q̄ sit aliqd aliud qđ cōueniat ⁊ faciat ipsa vnū. Si ergo aīa ē cōposita ex omnibus elemētis: oz q̄ sit aliqd aliud cōtinēs illa: S3 hoc ē valde dubiū qd sit: q2 sic esset nobili⁹ ⁊ prius aīa qđ ē īpossibile: ⁊ ad minus de ītellectu: q2 valde rōnale ē q̄ intellectus sit nobilissimus oium ⁊ domus ſm nām. Itē sequeret̄ q̄ illud eēt prius q̄ elemēta: qđ est falsum q2 empe. ⁊ alii dicunt elementa esse prima inter oia entia. Non est ergo anima composita ex elementis.

Nonam rationem ponit cum dicit.

Omnes aūt ⁊ qui ex eo quod cognoscit ⁊ sentit aīa: que sunt ex elementis dicūt ipsā ⁊ qui maxime motiuū nō de oī dicunt aīa. Neq̄ enim sensitiua omnia motiua. Videnẗ enim esse quedam aīaliū motiua secundum locum: ⁊ tamen videtur hoc solo motu moueri anima animal. Similiter autem ⁊ quicūq̄ intellectiuum ⁊ sensitiuum ex elemētis faciūt. Videntur enim plante viuere non participantes loci mutatiōe neq̄ sensu: ⁊ animaliū multa intelligentiā non habere. Si autem aliquis ⁊ hec segregauerit: posuerit q̄ intellectuz partem aliquam anime: similiter autem ⁊ sensitiuum: neq̄ vtiq̄ sic dicet de omni anima neq̄ de tota: neq̄ de vna. Hoc autem substinuit ⁊ que est in orphaicis vocatis carminibus ratio. Dicit .n. animam ex toto ingredi respirātium que fertur a ventis. Non possibile itaq̄ plantis hoc occidere neq̄ animalium quibusdam: siquidem non omnia respirant: hoc autem latuit sic opinantes. Co. 84

Et ōndit defectū ⁊ īsufficiētiā positiōis empe. ⁊ aliorū oiuz q cōsiderāt aīam ex motu seu sensu q̄ talis ē. Ap paret ēt q̄ oēs ⁊ q̄cunq̄ dixerūt aīaz eē aliqd motiuum sc̄dm locū insufficiēter dixerūt. Nā multa aīata sunt q̄ nō mouētur ſm locū: s3 manēt. sicut plante ⁊ alia hmōi. Similiter ēt ⁊ illi q dixerūt aīam eē qd ītellectiuū. ⁊ sensitiuū īsufficiēter dixerūt. Nā multa sūt aīata: q̄ neq̄ sentiunt. neq̄ itelligūt. Si vō aliqs hoc segregauerit. s. itellectiuū sensitiuū ⁊ motiuū. ⁊ dicat itel ectiuū vnā ptem aīe: ⁊ silr sensitiuū: nō tñ p̄ hoc dicet de oi aīa: cū nō oēs aīe sit ītellectiue. Neq̄ de tota: cū itellectiuū ⁊ sensitiuū sint ptes aīe. Neq̄ de vna: q2 sic nō diceret oēs ꝓprietates aīe cuiuscūq̄: cū i aīa sint alie ꝓprietates: q̄ sint itelligere ⁊ sentire. Et q2 quidā ꝑhus q vocat⁹ ē orpheus defectiue ēt de aīa locut⁹ ē: q̄si i simile defectū icidit iō hec adiūgit er⁹ defectū. Sciēdū ē aūt q̄ orphe⁹ iste fuit vnus de primis p̄btis q erāt q̄si poete ideo ꝯgi lo quētes metrice de p̄bia ⁊ d̄ dō: ⁊ fuerūt iñ tres: s. lin⁹ orphe⁹. ⁊ qdā alius. Et iste orphe⁹ p̄mo īduxit hoies ad habitādū simul: ⁊ fuit pulcherrim⁹ cōcionator: ita q̄ hoies bestiales ⁊ solitarios reduceret ad ciuilitatē: ⁊ ꝓp hoc dr̄ de eo q̄ fuit optimus cithaređus intātū q̄ fecit vel faceret lapides saltar. s. ita fuit pulcher ꝯcionator: q̄ hoies lapideos emolluit. Post hos vō tres fuerūt .vij. sapiētes. quorū vnus fuit tales. Hic ergo orpheus volebat q̄ totus aer aīatus eēt ⁊ aīa q̄dā: ⁊ q̄ aīa corpium viuētiū nihil aliud eēt: nisi illud qđ attrahit aīal d̄ aere aīato p respiratiōnē: ⁊ hoc dicebat metrice. Et iō dic̄ p̄bs q̄ rō orphei q̄ ē i metricis carminibus de aīa sustinuit eundē defectū. quē sustinuerūt rōnes p̄cedētiū: q2 sicut dictum est ipse voluit q̄ illud esset anima: qđ attrahit̄ p respiratiōnē aīaliū. Sed hoc īsufficienter dictum est: q2 multa aīaliū sunt que non respirant: hoc autē. s. q̄ aīalia multa non respirant latuit illos que fuerunt predicte opinionis. ⁊ sic patet q̄ isti reprehenduntur de insufficientia. Co. 85.

Decimam rationem ponit cum dicit.

Si vero ex elementis animam facere oz: nihil oportet ex omnibus. Sufficiens enim est altera pars contrarietatis seipsam diiudicare ⁊ oppositam. Recto eniz ⁊ ipsum ⁊ obliquuz cognoscimus. Iudex enim vtrorumq̄ canon est recto. Obliquum autē3 neq̄ sui ipsius neq̄ recti.

Aristotelis stragyrite de aīa text⁹ libri scdi.

q Ue quidē igitur a prioribus tradita de anima dicta sunt. Iterū autem tanquam ex principio redeamus tentantes determinare quod est anima: ⁊ que vtiqʒ erit communissima ratio ipsius.

¶ Diui thome aquinatis in secundum librum de animo Aristotelis preclarissima commentaria.

¶ Lectio prima.

p Postq̄ Ar. posuit opinionē aliorū de aīa ī p̄io libro. In secundo accidit ad determinādū de aīa scdm ppriā opinionē: ⁊ veritatē. Et circa hoc duo facit. p̄io dicit de quo est intētio sua cōtinuās se ad p̄cedētia: scdo p̄seqt̄ suā intētionē. ibi. (Dicim⁹ itaqʒ vnū quoddā ⁊c.) Dicit ergo p̄io q̄ i p̄io libro dicta sūt ea q̄ tradita sunt a priorib⁹ de aīa: sʒ oʒ iterū. q. redeūdo a pricipio determinare vitatē: qd q̄dē pp suā difficultatē magis opʒ tentare: q̄ securitatē de vitate inueniēda p̄sumere. Et cū supra i p̄emio q̄situ fuerit. vtrū p̄i⁹ de aīa ipsa determinādū sit aut de ptib⁹ ei⁹: q̄si. n. hāc qōnē determināns dicit q̄ i p̄ricipio dicēdū est qd ē aīa: i quo notificat ipsa aīe eēntia: postea āt determinabit de ptib⁹ siue potētiis ipsi⁹. Et q̄si hmōi rōnē assignās subiūgit: (⁊ q̄ vtiqʒ erit cōmunissima rō ipsi⁹): cūm. n. ondit qd ē aīa: tradit id qd ē cōe cū āt determinat de vnaquaqʒ ptiū aut potētiarū ipsi⁹: tradit id qd ē spāle circa aīam: hic est autē ordo doctrine: vt a cōibus ad minus cōmunia proceda-

Lec.i. tur: sicut ostendit phylosophus in principio physic.

¶ Deinde cum dicit.

Dicimus itaqʒ vnū quoddā genus eorū que sunt substantiā. Huius autē aliud quidē sicut materiam: que secūdū se quidē nō ē hoc aliquid: aliud autē sicut formam ⁊ speciē: scdm quam dicitur iā hoc aliquid: ⁊ tertiā que ex his. Est autem materia quidē potentia: spēs autem endelechia. Et hoc dupliciter: hoc quidem sicut scia: illud āt sicut considerare.

¶ Prosequitur suā intētionem quā p̄posuerat: ⁊ diuiditur i ptes duas: ī p̄ia ondit qd est aīa: in scda determinat de ptibus ei⁹ siue potētiis eius. ibi. (potētiarū autē aīe) ⁊c. Prima diuidit in duas. In prima ponit diffinitionē aīe q̄ est q̄si demōstrationis cōclusio: in secunda ponit diffinitionē aīe q̄ est q̄si demōstratiōis principiū. ibi. (Quoniā autē ex certis q̄dē) ⁊c. Sciendū est. n. q̄ sicut dicit in p̄io posteriorū: q̄ oīs diffinitio aut ē cōclusio demōstrationis: sicut hec tonitruū est cōtinu⁹ sonus i nubib⁹ aut est demōstrationis principiū sicut hec tonitruū est extinctio ignis in nube: aut est demonstratio positione idest ordine differēs: sicut hec tonitruū ē cōtinu⁹ sonus in nubibus. propter extinctionē ignis in nube. In hac. n. ponitur ⁊ demonstrationis cōclusio ⁊ principiū: ⁊ nō secundum ordinē syllogismi. Prima autē pars diuiditur in duas. In prima ponit diffinitionē primā aīe: in secunda manifestat eā. ibi. (vniuersaliter igit̄ dictū) ⁊c. Prima diuiditur in duas. In prima premittit quasdā diuisiones ex quibus habet̄ via ad inuestigandū diffinitionem anime. In secunda inuestigat anime diffini-

Lec.i. tionem. ibi. (Quare omne corpus) ⁊c. Sciendum autē

t.4. est q̄ sicut docet phylosophus in. vii. metha. hec est differentia inter diffinitionem substantie ⁊ accidentis: q̄ in diffinitione substātie nihil ponitur quod sit extra substātiā diffiniti: diffinitur. n. vnaqueqʒ substantia per sua principia materialia vel formalia. In diffinitione autē accidentis ponitur aliquid: quod est extra essentiā diffiniti. s. subiectū. oportet. n. subiectū poni in diffinitione accidentis: sicut cū dicitur simitas est curuitas nasi. ⁊ hoc ideo ē q: diffinitio significat qd quid ē res: substantia autē est quid completum in suo esse ⁊ in sua specie: accidēs autē non habet esse completum: sed dependens a substātia. Similiter etiam nulla forma est quid completū in specie: sed complementum speciei competit substantie cōposite. vnde substantia composita sic diffinitur q̄ in eius diffinitione non ponitur aliquid quod sit extra essentiam eius. In omni autem diffinitione forme ponitur aliquid: quod est extra essentiam forme scilicet proprium subiectum eius siue materia: vnde cum anima sit forma oportet q̄ in diffinitione eis ponatur materia siue subiectum eius. Et ideo in prima parte ponit duas diuisiones: quarum prima necessaria est ad inuestigandum id quod in diffinitione anime ponitur ad exprimendam essentiam eius. Alia que est necessaria ad inuestigandum id quod ponitur in diffinitione anime ad exprimendū subiectum ipsius. ibi (Substantie autē maxime) ⁊c.

¶ Circa primum innuit tres diuisiones: quarum prima est: secundū q̄ ens diuiditur in decem predicamēta: ⁊ hanc innuit per hoc quod dicit: q̄ substantia dicit̄ esse vnum genus entium. Secunda diuisio est secundū q̄ substantia diuiditur in materiam ⁊ formam ⁊ compositum. Materia quidem est que secundum se non est hoc aliquid: sed in potentia tantū vt sit hoc aliquid: forma autem est: secundum quā iam ē hoc aliquid in actu. Substantia vero composita est que est hoc aliquid: dicitur enim esse hoc aliquid. idest aliquid demonstratum quod est completum in esse ⁊ specie: ⁊ hoc conuenit solū substantie composite in rebus materialibus. Nam subē separate quāuis nō sint composite ex materia ⁊ forma: sunt tamen hoc aliquid cum sint subsistentes in actu ⁊ cōplete in natura sua. Anima autem rationalis quantū ad aliquid potest dici hoc aliquid: secundum hoc quod potest esse per se subsistens: sed quia non habet speciem cōpletam: sed magis est pars speciei: non omnino conuenit ei q̄ sit hoc aliquid: est ergo differentia inter materiam ⁊ formam q̄ materia est ens in potentia: forma autem est endelechia: idest actus: quo scilicet materia fit actu: vnde ipsum compositum est ens actu. Tertia diuisio est q̄ actus dicitur dupliciter: vno modo sicut scientia est actus. Alio modo sicut cōsiderare est actus. Et differentia horum actuū ex potentiis perpendi potest. dicitur enim aliquis in potentia grammaticus: anteq̄ acquirat habitū in grammatice discendo vel inueniendo: que quidem potentia in actum reducitur quando iam aliquis habet habitum scientie: sed tunc est iterū in potentia ad vsum habitus cum non considerat i actu: ⁊ hec potentia in actum reducitur: cum actu considerat. Sic igitur ⁊ scientia est actus. ⁊ consideratio est actus.

¶ Deinde cum dicit.

Substantie autē maxime esse videntur corpora ⁊ horū physica: hec enim aliorū principia. Physicorū āt alia quidē habent vitā: alia āt nō habēt. vitā aūt habere dicimus id quod p se ipsū alimentum ⁊ augmentū ⁊ decrementum.

¶ Ponit diuisiōes ex quibus inuestigatur id quod ponitur in diffinitione anime pertinens ad eius subiectū: ⁊ innuit tres diuisiones: quarum prima est q̄ substantiarum quedam sunt corpora: ⁊ quedā non sunt corpora. inter quas substantias maxime sunt manifeste corporales substātie: nā substantie icorporee quecūqʒ sint: immanifeste sunt: eo q̄ sunt a sensibus remote sola rōne inuestigabiles: hoc ē ergo qd dicit: q̄ (corpa maxime videntur esse sube.) Scda diuisio est q̄ corporum q̄dam sunt corpora phy. i. nālia: q̄dā nō naturalia sed artificialia: hō. n.

lignū ⁊ lapis sūt nālia corpa. dom⁹ ⁊ securis sūt artificialia. magis aūt videnť substāte corpa nālia ꝙ̄ artificia lia: q2 corpora nālia sunt pncipia artificialium: ars. n. operatur ex materia quā nā ministrat: forma autē que p arte īducitur ē forma accidētalis sicut figura vel aliquid h⁹: vnde corpora artificialia nō sunt in genere substantie per suā formā: sed solū p suā materiā que ē naturalis: h'ñc est q2 corporibus naturalibus ꝙ sint substātie: vñ corpora nālia sunt magis substantie ꝙ̄ corpora artificialia: sūt enim substantie non soluz ex parte materie sed et ex parte forme. Tertia diuisio est ꝙ corpoꝝ naturalium quedam habēt vitā ⁊ quedā nō habent. Illud autem dicit habere vitā: qđ per seipsum hʒ alimētum: augmentum ⁊ decremētum. Sciēdum autē est ꝙ hec explanatio magis est per modum exempli: ꝙ̄ per modum diffinitionis: non. n. ex hoc solo ꝙ aliquid habet augmentuʒ ⁊ decrementum viuit: sed ēt ex hoc ꝙ sentit ⁊ intelligit: ⁊ alia opera vite exercere potest. Unde in substantiis separatis est vita ex hoc ꝙ habent intellectum ⁊ voluntatem: vt patet. in. xi. meta. licet non sit in eis augmentum ⁊ alimētum. Sed quia in istis generabilibus ⁊ corruptibilibus aīa q̄ est in plātis ad quam ptinent alimentum ⁊ augmētum: vt ī fine primi dictum est pncipium ē vite: ideo hic exemplariter exposuit hñs vitā id qđ hʒ alimētum ⁊ augmentum: ppriaāt rō vite ē ex hoc ꝙ aliqd ē natum mouere seipsuʒ: large accipiēdo motū: put ēt intellectua operatio motus quidā dicitur. Ea. n. sine vita eē dicim⁹ q̄ ab exteriori tantum principio moueri possunt.

¶ Deinde cum dicit.

Quare omne corpus phisicuʒ participās vita substantia erit. Substātia autem sic sicut composita. Quoniam autez est corpus ex huiusmodi vitā habens: non vtiqʒ erit corpus anima. Non est enim eorum que in subiecto corpus. Magis autem sicut subiectuʒ et materia est. Necesse est ergo animam substantia esse: sicut speciem corporis phisici potentia vitam habentis: substantia autem actus: huiꝰ igitur corporis actus.

¶ Inuestigat aīe diffinitionē suppositis pmissis diuisionibus. Et circa hoc tria facit: pmo inuestigat ptes diffinitionis: fo ponit diffinitionē. ibi. (Si aūt aliqđ cōe ⁊c.) tertio ex diffinitiōe data excludit quādā dubitationē. ibi. (Unde non oportet querere ⁊c.) Circa pmū. d. s. primo inuestigat ptculas diffinitionis q̄ pertinent ad essentiam aīe: secundo eam q̄ ptinet ad essentiā subiecti. ibi. (Tale autem quodcunqʒ organicum). Circa primū. d. s. pmo inuestigat hanc ptculā: ꝙ anima est actus: secundo hāc ꝙ est actus pmus. ibi. (Dicā aūt dupliciter.) Concludit ergo pmo ex pdictis ꝙ cuʒ corpa phisica maxime videātur esse substantie: ⁊ oē corpus habēs vitā sit corpus phisicuʒ: necesse est dicere ꝙ oē corpus hñs vitā sit substātia: ⁊ cū sit ens actu necesse est ꝙ sit substātia ꝯposita. Qr vō cū dico corpus hñs vitā duo dico. s. ꝙ ē corpus ⁊ ꝙ est tale corpus. s. hñs vitā: nō pōt dici ꝙ illa ps corpis hñs vitā q̄ dr̄ corpus sit aīa: p aīam eni itelligimus id q̄ hñs vitā viuit. vñ oportet qđ itelligať sicut aliqd ī subiecto existēs: vt accipiať hic large subiectū nō soluʒ put subiectū ē aliqd ens actu: p quē modū accñs dr̄ esse ī subiecto: sed et fʒ ꝙ materia pma q̄ est ens ī potētia dr̄ subiectuʒ. Corpus aūt qđ recipit vitā magis ē sic subiectuʒ ⁊ mā: ꝙ̄ vt aliqd ī subiecto extñs. Sic igiť cū sit triplex substantia. s. ꝯpositū: mā: ⁊ forma ⁊ aīa nō ē ipsuʒ ꝯpositū qđ est corpus hñs vitā. neqʒ est mā q̄ est corpus subiectum vite relinquitur p locuʒ a diuisione ꝙ aīa sit substātia sicut forma: vł spēs talis corpis. s. corpis phisici hñtis in potētia vitā. Dixit aūt (hñtis vitā potētia:) ⁊ nō simplr hñtis vitā. nā corpus hñs vitā intelligitur substātia ꝯposita viuens: ꝯpositū autē non ponitur in diffinitione forme sed mā: mā aūt corporis viui est id qđ ꝯparatur ad vitaʒ sicut potētia ad actum. ⁊ hoc ē aīe actus: scđm quē corp⁹ viuit: sicut si dicerē ꝙ figura ē actus: nō qdem corpis figurati in actu: hoc. n. est ꝯpositū ex figura ⁊ corpore: sed corporis qđ est subiectū figure quod cōparať ad figurā sicut potētia ad actuʒ. ¶ Et ne aliquis crederet ꝙ aīa sic esset actus sicut aliqua forma accidētalis actus ē: Ad hoc remouenduʒ subdit ꝙ aīa ē sic actus sicut substātia ē act⁹ i. sicut forma. ⁊ q2 omnis forma ē indeterminata mā: sequitur ꝙ sit forma talis corporis quale dictū est. ¶ Sciendum autem est: ꝙ hec est differētia forme substantialis ad formā accidētalez ꝙ forma accidentalis non facit ens actu simpliciter: sed ens actu tale vel tm̄. vt puta magnuʒ vel albū vel aliquid aliud huiusmodi: forma autē substātialis: facit esse actu simpliciter: vnde forma accidētalis aduenit subiecto iā pexistenti actu: forma āt substātialis non aduenit subiecto iam preexistenti in actu: sed existenti in potentia tantum scilicet materie prime. Ex quo patet ꝙ īpossibile est vnius rei eē plures formas substātiales. q2 pma faceret ens actu simpliciter: ⁊ oēs alie aduenirent subiecto iā extīti in actu: vñ accidētaliter aduenirent subiecto iā existenti ī actu: nō n. facerent ens actu simpliciter sed scđm quid. p quod tolliť positio auicebron ī lib. fontis vite: q posuit ꝙ scđm ordinem generꝝ ⁊ spēꝝ est ordo plurium formaꝝ substantialium in vna ⁊ eadeʒ re: vt puta ꝙ in hoc indiuiduo hoīs est vna forma per quam est substantia: ⁊ alia p quā est corpus. ⁊ tertia per quam ē animatuʒ corpus ⁊ sic de aliꝫs. oʒ. n. scđm pmissa dicere ꝙ vna ⁊ eadē forma substātialis sit p quam hoc indiuiduum ē hoc aliqd siue substātia: ⁊ p quam est corpus ⁊ animatum corpus ⁊ sic de aliis. forma. n. pfectior dat materie hoc qđ dat formis minus pfecta: ⁊ adhuc amplius: vñ aīa non solum facit esse substantiā ⁊ corpus qđ etiam facit forma lapidis: sed ēt facit eē aīatuʒ corp⁹. Nō ergo sic est intelligenduʒ ꝙ aīa sit actus corpis. ⁊ ꝙ corpus sit eius materia. ⁊ subiectum. quasi corpus sit cōstitutum p vnā formā q̄ faciat eū esse corpus: ⁊ supueniat ei aīa faciēs ipsuʒ esse corpus viuū: sʒ q2 ab aīa ē: ⁊ ꝙ sit ⁊ ꝙ corpus sit. ⁊ ꝙ sit corpus viuū: sed hoc qđ est eē corpus qđ est imperfectius est qđ materiale respectu vite. ⁊ inde est ꝙ recedēte aīa non remanet idē corpus specie: nā oculus ⁊ caro in mortuo nō dicunť nisi equiuoce vt patet p phylosophum in. vij. meta. recedente. n. aīa succedit alia forma substantialis q̄ dat aliud esse specificuʒ: cuʒ corruptio vnius non sit sine generatiōe alterius. Lec. 10

¶ Deinde cum dicit.

Dicā āt dicit dupliciter. Alius quidem sicut scientia: alius autem sicut considerare. Manifestum ergo ꝙ sicut scientia, inexistere enim animam ⁊ somnus ⁊ vigilia est: proportionale autem vigilantia quidem ipsi considerare. Somnus autem ipsi habere ⁊ non operari. Prior autem generatione in eodem scientia est. Unde anima est actus primus corporis phisici potentia vitam habentis. Co. 7.

¶ Uenatur secundam ptculam diffinitionis ⁊ dicit ꝙ actus dicitur dupliciter: alius sicut scia: ⁊ alius sicut considerare: vt s̄ expositum est. Et manifestum est ꝙ aīa est actus sicut scia: q2 ī hoc ꝙ aīa existit inest animali. ⁊ somnus ⁊ vigilia. ⁊ vigilia quidem assimilať considerationi: q2 sicut consideratio est vsus sciētia vigilia est vsus sensuum. sed somnus assimilať habitui scie qñ aliqs sciens dum ipsum non opať: in sōno. n. qescunt virtutes aīales. horum autē duoꝝ actuū scia est prior generatiōe in eodē comparatur. n. consideratio ad sciam: sicut actus ad potētiam: actus autem vt habeť in. ix. meta. nā est prior potētia est. n. finis ⁊ complementum potentie: sed ordine ge Lec. 8.

generationis et temporis vniversaliter loquendo: actus est prior potentia: nam id quod est in potentia reducitur in actum per aliquod ens actu: sed in vno et eodem potentia est prior actu: nam aliquid est prius in potentia: et postea actu fit et propter hoc dicit quod (scientia est prior generatione in eodem quam consideratio) vnde concludit quod cum anima sit actus sicut scientia quod sit actus primus corporis physici potentia vitam habentis. Sciendum autem quod phylosophus dicit animam esse actum primum: non solum vt distinguat animam ab actu qui est operatio: sed etiam vt distinguat eam a formis elementorum que semper habent suam actionem nisi impediantur. ¶ Deinde cum dicit.

Tale autem quodcumque organicum. Organa autem et plantarum partes sunt: sed penitus simplices: vt folium fructiferi cooperimentum: Fructiferum autem fructus. Radices vero ori similes sunt: vtraque enim trahunt alimentum.

¶ Venatur particulam: que est ex parte subiecti et quia dixerat quod anima est actus corporis physici habentis vitam in potentia: etiam dicit quod tale est omne corpus organicum et dicitur corpus organicum quod habet diuersitatem organorum: diuersitas autem organorum necessaria est in corpore suscipiente vitam propter diuersas operationes anime. anima enim cum sit forma perfectissima inter formas rerum corporalium est principium diuersarum operationum: et ideo requirit diuersitatem organorum in suo perfectibili: forme vero rerum inanimatarum propter sui imperfectionem sunt principia paucarum operationum: vnde non exigunt diuersitatem organorum in suis perfectionibus. Inter animas autem anima plantarum imperfectior inuenitur vnde in plantis minor est diuersitas organorum quam in animalibus: et ideo ad ostendendum quod omne corpus suscipiens vitam est organicum: accipit argumentum ex plantis in quibus est minor diuersitas organorum: et hoc est quod dicit: quod etiam plantarum partes sunt diuersa organa sed partes plantarum sunt penitus simplices idest consimiles: non enim est in eis tanta diuersitas sicut in partibus animalium: pes enim animalis ex diuersis partibus compositus est scilicet carne neruo osse et huiusmodi: sed partes organice plantarum non habent talem diuersitatem partium ex quibus componantur. et quod partes plantarum sint organice manifestat per hoc quod diuerse partes sunt ad diuersas operationes: sicut folium est ad cooperimentum corticis: vel fructiferi idest illius partis in qua fructus nascitur: cortex autem vel fructifer eum ad cooperimentum fructus. radices autem in plantis sunt proportionabiles ori animalium quia vtraque attrahunt alimentum scilicet radix in plantis: et os in animalibus. ¶ Deinde cum dicit.

Si autem aliquod commune in omni anima oportet dicere: erit vtique primus actus corporis physici organici.

¶ Colligit ex omnibus predictis diffinitionem anime: et dicit quod si aliqua diffinitio communis debeat assignari que conueniant omni anime: erit hec. (Anima est actus primus corporis physici organici:) non autem oportet addere potentia vitam habentis: loco enim huius ponitur organicum vt ex dictis patet. ¶ Deinde cum dicit.

Unde non oportet querere: si vnum est anima et corpus: sicut neque cera et figura: neque omnino vniuscuiusque materie: et id cuius materia: vnum enim et esse: cum multipliciter dicantur: quod proprie est: actus est.

¶ Ex diffinitione data soluit quandam dubitationem: fuit enim a multis dubitatum quomodo ex anima et corpore fieret vnum: et quidam ponebant aliqua media esse quibus anima corpori vniretur: et quodammodo colligaretur. Sed hec dubitatio iam locum non habet: cum ostensum sit quod anima sit forma corporis. et hoc est quod dicit quod non oportet querere si ex anima et corpore fit vnum: sicut nec dubitatur hic circa ceram et figuram: neque omnino circa aliquam materiam et formam cuius est materia: cum sicut est enim .viij. methaphysice quod forma per se vnitur materie sicut actus eius: et idem est materiam vniri forme quod materiam esse in actu. et hoc est etiam quod hic dicit quod cum vnum et ens multipliciter dicatur scilicet de ente in potentia: et de ente in actu: id quod proprie est ens et vnum est actus. nam sicut ens in potentia non est ens simpliciter: sed secundum quid: ita non est vnum simpliciter: sed secundum quid: sic enim dicitur aliquid vnum sicut et ens. Et ideo sicut corpus habet esse per animam sicut per formam: ita et vnitur anime immediate inquantum anima est forma corporis: sed inquantum est motor: nihil prohibet aliquid esse medium: prout vna pars mouetur ab anima mediante alia.

Universaliter quidem igitur dictum est quid sit anima. Substantia enim est: que secundum rationem. Hec autem est quod quid erat esse huiusmodi corporis: sicut si aliquod organorum physicum esset corpus: vt dolabra. Erat quidem enim dolabre esse substantia ipsius et anima hec. Diuisa autem hac non vtique amplius dolabra erit: sed aut equiuoce: nunc autem est dolabra. Non enim huiusmodi corporis quod quid est esse et ratio anima: sed physici huiuscemodi habentis in se ipso principium motus et status.

¶ Lectio secunda.

Posita diffinitione anime phylosophus hic eam manifestat. Et circa hoc duo facit primo manifestat diffinitionem premissam. secundo ex diffinitione manifestata quandam veritatem concludit. ibi. (quod quidem igitur non sit anima et cetera.) Circa primum duo facit primo manifestat diffinitionem anime quantum ad id quod in diffinitione predicta ponitur ex parte ipsius anime: secundo quantum ad id quod ibi ponitur ex parte subiecti. ibi. (Est autem non abiiciens animam et cetera.) Circa primum duo facit primo manifestat diffinitionem anime ex similitudine rerum artificialium: secundo ex partibus eius: ibi. (Considerare autem in partibus oportet et cetera.) quia enim forme artificiales accidentia sunt que sunt magis nota quo ad nos quam forme substantiales: vtpote sensui propinquiora: ideo conuenienter rationem anime que est forma substantialis per comparationem ad formas accidentales manifestat. Similiter etiam partes anime siue potentie eius manifestiores sunt quo ad nos quam ipsa anima: procedimus enim in cognitione anime ab obiectis in actus. ab actibus in potentias per quas anima ipsa nobis innotescit: vnde conuenienter etiam per partes ratio anime manifestatur. Dicit ergo primo: quod dictum est in vniuersali quid sit anima: cum predicta diffinitio omni anime conueniat dictum est enim quod anima est substantia que est forma a qua accipitur ratio rei. Est autem differentia inter formam que est substantia. et formam que non est substantia. Nam forma accidentalis que non est in genere substantie non pertinet ad essentiam siue quidditatem subiecti: non enim albedo est de essentia corporis albi: sed forma substantialis est de essentia siue de quidditate subiecti. Sic igitur anima dicitur forma substantialis. quia est de essentia siue de quidditate corporis animati. et hoc est quod subdit: (hec autem) scilicet substantia que est secundum rationem: (est quod quid erat esse huic corpori) idest constituto in specie per talem formam: ipsa enim forma pertinet ad essentiam rei que significatur per diffinitionem significantem de re quid est. Et quia forme substantiales cuiusmodi sunt forme corporum substantialium sunt latentes. manifestat hoc per formas artificiales que sunt accidentales: et hoc est quod subdit: (sicut si aliquod organorum) idest artificialium instrumentorum: vtputa dolabra (esset corpus physicum) idest naturale forma sua hoc modo se haberet

ad ipsum sicut dictum est. et ideo subdit. (erat quidem .n. dolabre esse substantia ipsius) .i. forma dolabre sm quam accipitur ro dolabre. quam quidem ratione nominat esse dolabre: eo quod sm eam dolabra dicitur esse dolabra: hec autem forma esset substantia dolabre. Et hoc ideo dicit quia forme corporum naturalium sunt in genere substantie. Et ulterius si dolabra non esset solum corpus physicum: sed etiam corpus animatum: forma dolabre esset anima: et ea separata non esset amplius dolabra nisi equivoce. sicut separata anima non est caro aut oculus nisi equivoce. Nunc autem quia dolabra non est corpus naturale: nec eius forma est quod quid erat esse talis corporis: remota forma dolabre adhuc est dolabra .i. substantia dolabre: substantia .n. corporum artificialium est materia eorum que remanet sublata forma artificiali: licet non remaneat ipsum corpus artificiale in actu. Et quia dixerat quod aliter nunc est in dolabra et aliter esset si esset corpus physicum animatum: assignat rationem huius dicens quod hoc ideo est: quia (anima non est quod quidem est esse: et ro) .i. forma huiusmodi corporis .s. artificialis (sed corporis physici huiusmodi) .s. habentis vitam: et ut manifestet quid sit esse physicum corpus: subiungit (habentis in seipso principium motus et status) naturalia enim sunt que in seipsis principium motus et status habent. hoc .n. principium na dicitur. ¶ Deinde cum dicit.

Considerare autem in partibus oportet quod dictum est. Si enim esset oculus animal: anima utique ipsius visus esset. Hec enim substantia est oculi: que est secundum rationem. Oculus autem materia visus: est quo deficiente non est adhuc oculus nisi equivoce: sicut lapideus aut depictus. Oportet igitur accipere quod est in parte: in toto vivente corpore proportionaliter. Namque habet sicut pars ad partem: totus sensus ad totum corpus sensitivum secundum quod huiusmodi.

¶ Manifestat diffinitionem anime ex partibus dicens quod id quod dictum est de tota anima et de toto corpore vivente oportet considerare in partibus utriusque: quia si oculus esset animal oporteret quod visus esset anima eius: quia visus est substantialis forma oculi: et oculus est materia visus: sicut corpus organicum materia anime. deficiente autem visu non remanet oculus nisi equivoce sicut oculus lapideus aut depictus equivoce dicitur oculus. Et hoc ideo est quia equivoca sunt quorum nomen solum commune est et ratio substantie diversa. et ideo sublata forma que est ratio substantie oculi non remanet nisi nomen oculi equivoce dictum. quod ergo invenitur in parte viventis corporis: oportet accipere in toto vivente corpore scilicet quod sicut visus est forma substantialis oculi. et eo remoto non remanet oculus nisi equivoce: ita anima est forma substantialis viventis corporis: et ea remota non remanet corpus vivum nisi equivoce: sicut enim se habet una pars anime sensitive ad unam partem corporis sensitivi. sic se habet totus sensus ad totum corpus sensitivum inquantum huiusmodi. ¶ Deinde cum dicit.

Est autem non abiciens animam potentia eius: ut vivat: sed quod habens. Semen autem et fructus potentia huiusmodi corpus est. Sicut quidem igitur incisio et visio: sic et vigilantia actus. Ut autem visus: et potentia organi anima. Corpus autem quod potentia est. Sed sicut oculus est pupilla et visus: et ibi anima et corpus animal.

¶ Exponit premissam diffinitionem de anima: quantum ad hoc: quod dixerat quod est actus corporis habentis vitam in potentia. dicitur enim aliquid esse in potentia dupliciter: uno modo cum non habet principium operationis: alio modo cum habet quidem: sed non operatur secundum ipsum: corpus autem cuius actus est anima est habens vitam in potentia: non quidem primo modo: sed secundo. et hoc est quod dicit quod corpus (potentia eius ut vivat) idest habens vitam in potentia cuius est actus anima: non sic dicitur esse in potentia ad vitam quod (sit abiciens animam) idest carens principio vite: quod est anima: sed quod est habens huiusmodi principium. Sed verum est quod semen et fructus in quo conservatur semen plante est in potentia ad huiusmodi corpus vivum quod habet animam: nondum enim semen habet animam: sed est in potentia ad animam. unde sic est in potentia sicut abiciens animam: et ut ostendat quomodo est in potentia ad vitam corpus cuius actus est anima subiungit: quod ita vigilantia est actus animalis sensitive sicut incisio est actus cultelli: et visio est actus oculi: quodlibet enim istorum est operatio et usus principii habiti. Sed anima est actus primus sicut visus et quecunque potentia organi. quodlibet enim horum est principium operationis. Sed corpus quod est perfectum per animam est potentia habens quidem actum primum: sed aliquando carens actu secundo. Sed sicut oculus est aliquid compositum ex pupilla: sicut materia: et visu sicut forma: ita animal est compositum ex anima sicut forma: et ex corpore sicut materia. ¶ Deinde cum dicit.

Quod quidem igitur non sit anima separabilis a corpore: aut partes quedam ipsius si partibilis apta nata est: non immanifestum est. Quarundam enim actus partium est ipsarum. At vero secundum quasdam nihil prohibet: propter id quod nullius corporis sunt actus. Amplius autem immanifestum: si sit corporis actus anima sicut nauta navis. Figuraliter quidem igitur sic determinetur et describatur de anima.

¶ Concludit quandam veritatem ex premissis: quia enim ostensum est quod anima est actus totius corporis et partes sunt actus partium: actus autem et forma non separantur ab eo cuius est actus vel forma: manifestum est quod anima non potest separari a corpore. vel ipsa tota vel alique partes eius si nata est aliquo modo habere partes. manifestum est enim quod alique partes anime sunt actus aliquarum partium corporis sicut dictum est quod visus est actus oculi. Sed secundum quasdam partes nihil prohibet animam separari: quia quedam partes anime nullius corporis actus sunt: sicut infra probabitur de his que sunt circa intellectum. Et quia plato ponebat quod anima est actus corporis non sicut forma sed sicut motor. Subiungit quod hoc nondum est manifestum: si anima sic sit actus corporis sicut nauta est actus navis .s. ut motor tantum. ¶ Deinde epilogando colligit que dicta sunt et dicit quod secundum predicta determinatum est de anima: et posita est anime descriptio. figuraliter .q. extrinsece et superficialiter et incomplete complebitur enim determinatio de anima quando pertinget usque ad intima ut determinetur natura uniuscuiusque partis ipsius anime.

¶ Lectio tertia.

Quoniam autem ex incertis quidem certius autem fit: quod et secundum rationem notius tentandum est iterum sic aggredi de ipsa.


Postquam phylosophus posuit diffinitionem anime: hic intendit demonstrare ipsam. Et primo dicit de qua est intentio. Secundo prosequitur intentum. ibi (Dicamus igitur principium etc.) Circa primum .d. .s. primo determinat modum demonstrationis: quo utitur in demonstrando. Secundo manifestat quomodo quedam diffinitiones sunt demonstrabiles. ibi. (Non .n. solum quod etc.) ¶ Circa primum sciendum est: quod cum ex notis oporteat in cognitionem ignotorum devenire: omnis autem demonstratio adducitur cum notificandi aliquid necesse est quod omnis demonstratio procedat ex notioribus quo ad nos: quibus per demonstrationem fit aliquid notum: in quibusdam autem eadem sunt notiora quo ad nos


et secundum naturam: sicut in mathematicis que sunt a materia abstracta: et i his demonstratio procedit ex notioribus simpliciter et notioribus secundum naturam .i. ex causis in effectus: unde dicitur demonstratio propter quid. In quibusdam vero nõ sunt eadẽ magis nota simpliciter et q̃ ad nos .i. in naturalibus in quibus plerumque effectus sensibiles sunt magis noti suis causis. et ideo in naturalibus ut in pluribus procedit ab his q̃ sunt minus nota secundum naturam: et magis nota q̃ ad nos:


Lec.1. ut dicitur in primo physicorum. et hoc modo demonstrationis intendit hic uti. et hoc est quod dicit quia illud quod incertum secundum naturam et quod est secundum rationem motus: fit certius q̃ ad nos ex his que sunt incerta secundum naturam: certiora autem quo ad nos: per istum modum tentandum est iterum aggredi de anima demonstrando diffinitionem eius supra positam. ¶ Deinde cum dicit.

Nõ enim solũ quia oportet diffinitivã rõnẽ ostẽdere: sicut plures terminorum dicit: sed et causam inesse et demonstrare. Nũc autem sicut conclusiones rones terminorum sunt: ut quid est tetragonismus equale altera parte longiori orthogonium esse equilaterale. Talis autem terminus ratio conclusionis. Dicens autem quoniam tetragonismus est medie inventio rei causam dicit.

¶ Assignat rõnem predicte intentionis: ostendendo quod alique diffinitiones sunt demonstrabiles. et hoc est quod dicit: quod ideo oportet iterum aggredi de anima: quia oportet quod ratio diffinitiva non solũ dicat hoc quod est: quia sicut plures terminorum .i. diffinitionũ dicunt: sed oportet etiam quod in diffinitione tangatur causa: et quod per diffinitionẽ dicentẽ propter quid demonstretur diffinitio q̃ dicit solũ. quia inveniuntur autem nunc multe rones terminorum .i. diffinitiones q̃ sunt sicut conclusiones: et ponit exemplũ i geometricalibus. ¶ Ad cuius intelligentiã sciendũ est quod figurarum quadrilaterarum quedã hñt oẽs angulos rectos: et vocantur orthogonia .i. superficies rectorum angulorum: quedã autem nõ hñt angulos rectos: et vocantur rhomboydes. ¶ Sciendũ est autem quod orthogoniorum: quoddã consistit ex oibus lateribus equalibus: et vocatur quadratũ sive tetragonismũ: quoddã autem nõ hz oĩa latera equalia: in q̃ tñ quelibet duo latera sibi opposita sunt equalia et vocatur hoc orthogoniũ: altera parte lõgius sicut patet i sequentibus figuris. ¶ Orthogoniũ ex oibus lateribus equalibus. quod dicitur quadratum sive tetragonismum.







¶ Item sciendũ est quod i qualibet superficie rectorum angulorum due recte linee q̃ angulũ rectũ concludunt dicuntur totã superficiẽ cõtinere: quia cũ alia duo latera sunt equalia eis unumquodque suo opposito: necesse est quod una predictarum linearum rectũ angulũ concludentiũ mensuret lõgitudinẽ superficiei rectangule: et alia latitudine: unde tota superficies rectãgula consurgit ex ductu unius in aliã. unde si imaginaremur quod una earum moveretur per aliã: consurgeret talis superficies. ¶ Item sciendũ est quod cũ i orthogonio: quod est altera parte lõgius due linee continentes ipsum sunt inequales: si accipiatur inter eas linea media in proportione et ducatur i seipsã fiet quadratũ equale altera parte lõgiori. Et quia hoc demonstrationibus geometricis diffusũ est ostendere: sufficiat hoc ad presens manifestare in numeris. Sit igitur orthogonium altera parte longius: cuius maius latus sit novem palmorum: minus vero quatuor. Accipiatur autem linea media in proportione inter ea que scilicet sunt sex palmorum. Quia sicut se hñt .6. ad novem, ita quatuor ad sex quadratum autem huius linee erit equale predicto altera parte longiori: quod etiã in numeris patet nam quater novem sunt triginta sex: similiter etiam sexties sex sunt trigita sex. hoc est ergo quod dicit: quod si queratur quid est tetragonismum idest quadratum quod est equale altera parte longiori: assignabitur talis diffinitio ut dicatur (esse orthogonium) idest superficies rectorum angulorum (equilaterale) idest habens omnia latera equalia etc. (talis autem terminus) .i. talis diffinitio est (ratio conclusionis) idest per demonstrationem conclusa. Si autẽ aliquid sic diffiniat: dicens quod (quadratum est inventio medie) scilicet linee medie in proportione inter duo latera inequalia altera parte longioris idest orthogonium constitutum ex tali linea inventa: qui inquam sic diffinit (dicit causam rei.) ¶ Attendendum est autem quod hoc exemplum quod hic inducitur est simile ei quod intendit circa animã: quantum ad aliquid scilicet quantum ad hoc quod demõstretur diffinitio anime: non autem quantum ad hoc quod demonstretur demonstratione dicente propter quid. ¶ Deinde cum dicit.

Dicamus igitur principium accipientes intentionis determinari animatum ab inanimato in vivendo. Multipliciter autem ipso vivere dicto et si unum aliquod horum insit solum: vivere ipsum dicimus: ut intellectus et sensus: motus et status secundum alimentum et detrimentum et augmentum.

¶ Incipit demonstrare diffinitionem anime superius positam modo predicto scilicet per effectum et virtuali demonstratione. Illud quod est primum principium vivendi est viventium corporum actus et forma. Sed anima est primum principium vivendi his que vivunt; ergo est corporis viventis actus et forma. Manifestum est autem quod hec demonstratio est ex posteriori: ex eo enim quod anima est forma corporis viventis est principium operum vite: et non econverso. Circa hoc ergo duo facit primo ostendit quod anima est principium vivendi: secundo quod primum principium vivendi est forma corporis viventis. ibi. (Quoniam autem quo vivimus et sentimus.) Circa primum tria facit. primo distinguit modos viventium: secundo ostendit quod anima est vivendi principium. ibi. (unde et vegetabilia omnia etc.) Tertio manifestat quomodo se habeant partes anime ad invicem: secundum quas est principium operum vite. ibi. (utrum autem unumquodque horum.) Dicit ergo primo quod ad prosequendum nostram intentionem qua intendimus demonstrare diffinitionem anime oportet hoc quasi principium accipere: quod animatum distinguitur ab inanimato in vivẽdo: animata .n. vivunt sed inanimata non vivunt. Sed cum multiplex sit modus vivendi: si unus tantum eorum insit

aliqui dicitur illud viuens & aiatum. Ponit aūt .iiij. modos viuendi: quorū vnus est per intellectum. secundus p sensum: tertius per motū & statū locales: quartus p motum alimenti & decremēti & augmenti. Ideo autem .iiij. tantū modos ponit viuendi cū supra quinq; genera operationū anime posuerit: q: hic intendit distinguere modos viuendi siue gradus viuentiū qui distinguuntur secundū hec .iiij. In quibusdam enim viuentium inuenitur tantū alimentū augmentū & decrementū .s. in plātis. In quibusdam autē cū his inuenit sensus sine motu locali: sicut in aīalibus imperfectis: sicut sunt ostree. In quibusdā aūt vlterius inuenit motus secundū locū: sicut in aīalibus perfectis que mouent motu progressiuo: vt bos & equus. In quibusdam aūt cum his vlterius inuenitur intellectus: scilicet in hominibus. Appetitiuū aūt quod est quintum preter hec .iiij. non facit aliquā diuersitatem in gradibus viuentium. Nam vbicūq; est sensus: ibi est & appetitus. ¶ Deinde cum dicit.

Unde & vegetabilia oīa videntur viuere: videntur autem in seipsis habentia potentiā & principium huiusmodi: per qd augmentū & detrimentū suscipiūt secundū cōtrarios locos. Non.n. sursum quidē augētur: deorsum autē non: sed similiter in vtroq;. Et penitus quecūq; aluntur & viuunt ī fine. quosq; possunt accipere alimentum.

¶ Manifestat q aīa est principiū viuēdi f3 omnes modos pdictos. Et circa hoc tria .f. primo ostēdit quō aīa est principium viuendi in plantis: secundo in animalibus ibi. (animal autē pp sensum &c.) tertio ostendit quid dictum sit: & quid restat dicendū ibi. (ppter quā aūt cām &c.) Circa primū .d .f. primo ostēdit q anima est principium viuēdi in plātis: & dicit q cum dictū sit q quibuscunq; inest vnū .iiij. predictorū mōrum viuentium dicitur viuere: sequit q omnia vegetabilia viuant. Omnia enim in seipsis habent potentiā quādam & principium quo suscipiunt motū augmenti & decrementi: & q hoc principiū non sit natura sed anima. manifestū ē naz nā nō mouet ad contraria loca: motus autem augmēti & decrementi est secundū contraria loca. Augent enim vegetabilia oīa: nō solum sursum & deorsum: sed vtroq; mō. manifestū est ergo q principiū horum motuū non ē natura sed anima. Nec solum vegetabilia viuunt dum augent & decrescunt: sed quecūq; nutriunt tā diu viuūt q diu possunt accipere nutrimētū per qd fit augmentum.

¶ Secundo ibi.

Separari autem hoc ab aliis possibile est: alia āt ab hoc īpossibile ē in rebꝰ mortalibꝰ. Manifestum est autem in his q vegetantur. Neq;.n. vna inest ipsis potentia alia anime. Uiuere quidem igitur propter hoc principium inest omnibus viuentibus.

¶ Ostendit q predictū viuēdi principiū est primū & separabile ab aliis. Et dicit q hoc .f. principiū augmēti & alimēti pōt separari ab aliis principiis viuendi: sed alia nō pñt separari ab eo in rebus mortalibus qd ideo dicitq; in rebus immortalibus. sicut sunt substātie separate & corpora celestia: si tū sunt animata inuenit intellectiuū sine nutritiuo. Quod autem hoc principiū sit separabile ab aliis manifestū est in his q vegetant .s. in plātis: in quibus nulla alia potentia aīe inest nisi hꝰ. ex quo manifestū ē q illud propter qd primū inuenit vita ī rebus mortalibus est principiū augmenti & alimenti quod vocatur anima vegetabilis. ¶ Deinde cum dicit.

Animal aūt pp sensuz primū. Et nanq; que non mouentur: neq; mutātia locū. habēa

autem sensum animalia dicimus & non viuere solum: videntur aūt & huiōi multa eē aīalium. Manētia āt cū sint natura: hīit soluz sensum.

¶ Manifestat quomodo aīa est principiū viuendi in aīalibus. & circa hoc .d .f. pmo dicit q primū dicitur aliquid esse aīal pp sensum: licet aīalia quedā & sentiant & moueant. ea.n. dicimꝰ eē aīalia: & nō solū viuere q licet nō mutēt locū tū hīit sensū. sūt.n. multa aīalia talia q nāliter manēt ī codē loco: & tū hīit sensuz: sicut ostree q non mouentur motu progressiuo. ¶ Secundo ibi.

Sensuū aūt primo inest oībus tactus. Sicut aūt vegetatiuuz pōt separari a tactu & omni sensu: sic & tactus ab aliis sensibus. Uegetatiuum autem dicimus huiusmodi partem aīe qua & vegetabilia participant. Animalia aūt oīa videntur tangendi sensum hītia. Co. 17.

¶ Ostendit q inter alios sensus pmo inest tactus aīalibꝰ. Quod pbat ex hoc q sicut vegetatiuum pōt separari a tactu & ab omni sensu. sic tactus pōt separari ab aliis sensibus. multa enī3 sunt aīalia: que soluz sensuz tactus hīit: sicut animalia imperfecta: omnia aūt animalia hīit sensū tactus. vegetatiuū autem principiū dicimus illā partem aīe qua etiā vegetabilia .i. plante pticipant. ¶ Sic igitur ex predictis patent tres gradus viuentiū: primus ē plātarum: secundus animalium imperfectorum immobiliū: que habent solum sensum tactus. Tertius est animaliū perfectorum que mouent motu pgressiuo: que & hīit alios sensus. Manifestū est autem q quartus gradus ē eorū que habent cū his etiam intellectum.

¶ Deinde cum dicit.

Propter quā aūt causam vtrūq; horum accidit: posterius dicemus. Nūc aūt tm dicatū sit solum q est aīa horum que dicta sunt principium: & hīs determinata est vegetatiuo: sensitiuo: intellectiuo: & motu. Co. 18.

¶ Ostendit quid dictum sit: & quid restat dicēdum. Et dicit q posterius dicendum est propter quam causam vtrunq; horum accidat .f. q vegetatiuum potest esse sine sensu: & q tactus sine aliis sensibus: hoc enim dicet ī fine libri. Nunc autem sufficiat in tantum dictum esse q anima est principium viuendi secundum predictos modos & q distincta est istis quattuor .s. vegetatiuo qd ē ī plātis: et in omnibus viuentibus: & sensitiuo qd est in oībꝰ aīalibus: & intellectiuo q est in oībus hoībus: & motu progressiuo qui est in omnibus animalibus perfectis sensu vel intellectu. ¶ Lectio quarta.

Utrum autē vnunqdq; horum ē aīa. aut pars anime: et si pars: vtrum sic vt sit separabilis ratione solum: aut & loco. Co. 19.

Stendit supius phs q aīa ē pncipium viuēdi secundū diuersa genera vite. Et iō nūc ingrit q̄liter pncipia viuēdi f3 diuersa genera vite se hēant ad aīaz & ad inuicē. Et circa hoc .d .f. pmo mouet qōnes duas. qrum pma est. Cū aīa q est principiū viuendi sit determinata vegetatiuo: sensitiuo: motiuo secundū locum: & intellectiuo: vtrū qōlibet eorū sit aīa p se: aut sit ps aīe. Et māifestū ē q in his q tm augēt & nutriūt: sic ī plātis vegetatiuū ē aīa. In his aūt q vegetāt & sentiūt ē ps aīe: & silr ē de aliis. Scōa qō ē: si vnunqdq; pdictorū ē ps aīe ptā cū oīa inueniāt ī vna aīa: sic ī humana: vtrū hꝰ mōi sint ptes q separēt ad inuicē solū secūdū rōnē3: vt .s. sint diuerse potētie. Aut ēt separēt loco et sbō: vtpote q ī vna pte corpis sit sensitiuū: ī alia appetitiuū: ī alia motiuū: & sic de aliis sic qdā visuz fuit. ¶ Secūdo cū dicit.

De quibusdã quidẽ horum non est difficile videre. Quedam autem dubitationem hñt. Sicut.n. in plantis quedaz diuisa videnť ⁊ viuentia separata ab inuicem tanquã existẽte i bis aïa actu quidem vna in vnaquaqz planta: potentia aũt pluribus: sic videm⁹ ⁊ circa alteras differẽtias aïe accidere: vt ĩ entomis decisis. Ea.n. sensum vtraqz partium habet ⁊ motuz secundum locum. Si aũt sensum ⁊ phantasiã ⁊ appetitum: vbi qdem enim sensus ẽ: ⁊ tristitia ⁊ letitia est: vbi autem hec sunt ex necessitate: ⁊ desiderium est.

¶ Soluit propositas questiones: ⁊ p̄ïo scd̃am: scd̃o p̄mam. ibi. (Quod aũt quibusdã animaliũ.) Circa p̄mũz .d.ſ. primo soluit secundam questionem q̄stum ad secundã partẽ ostendens vtrũ partes anime sint separabiles loco. secundo q̄stum ad primã. vtrũz.ſ. sint separabiles rõne. ibi. (Ratione aũt ꝙ altere. ⁊c̃.) Dicit ergo primo qđ de quibusdam partibus anime non est difficile videre. vtrum sint separabiles loco.i. subiecto: sed de quibusdam dubitẽst. Et ad ostendendum ꝙ in quibusdã hoc facile est videre p̄mittit similitudinem de plantis. ibi. (Sicut.n. ĩ plãtis) dicẽs ꝙ quedã partes diuise ab eis ⁊ separate ab aliis partibus videtur viuere. ⁊ hoc manifestať per hoc ꝙ ramusculi abscisi inseruntur vel plantanť ⁊ conualescunt quod non esset nisi remaneret in eis vita: ⁊ per ɔ̃ñs anima q̃ est principium viuendi ꝙ contingit tanquam in vnaquaqz planta anima sit vna in actu ⁊ multiplex in potentia. Sicut enim accidere videtur ĩ formis corporum naturalium inanimatorum: ita in his q̃ pp̄ suũ imperfectionem non requirunt diuersitatem in p̄tibus: ꝙ in aliquo vno toto: anima est in actu vna ⁊ plures in potentia: sicut ⁊ ipsum corpus est vnum in actu ⁊ plura in potentia: potest enim diuidi vnumquodqz eorum ĩ diuersas partes similes spẽ. sicut patet in aerea: aqua: ⁊ in corporibus mineralibus. Unde oportet ꝙ si p̄tes sunt similes spẽ admittẽt ⁊ toti: ꝙ forma specifica post diuisionem sit in vtraqz partium. Et eadem ratione: quia anima plante imperfecta est in ordine animarum: non reqrit magnam diuersitatem in partibus. vnde anima totius potest saluari in aliqua partium. Et sic etiã videmus in aliis differẽtiis anime: sicut in entomis decisis.i. in aïalibus q̃ decisa viuunt: quia vtraqz partiũ habet sensuz qđ patet ex hoc ꝙ retrahit se si pungitur: ⁊ etiam habet motum secundum locum: vt ad sensum apparet. Sic ergo ĩ vna ⁊ eadẽ parte apparet ⁊ sensitiuũ ⁊ motiuũ p̄ncipiũ. Et si ẽ ibi sensus necesse ẽ ꝙ sit ibi phãtasia: phantasia aũt nihil aliud est q̄ʒ motus factus a sensu secundum actum: vt infra dicetur. Et similiter si habet sensuz pars decisa: necesse est ꝙ habeat appetitum: ad sensuz enim de necessitate sequitur letitia ⁊ tristitia: siue delectatio ⁊ dolor. Necesse est enim si sensibile perceptum est conueniens: ꝙ sit delectabile: si aũt est nociuum ꝙ sit dolorosum. vbi autez est dolor ⁊ delectatio: oportet ꝙ sit desiderium ⁊ appetitus. vnde necesse est ꝙ si pars decisa sentit: ꝙ ẽt habeat appetitum. Sic ergo manifestum est ꝙ vegetatiuũ sensitiuum appetitiuum ⁊ motiuum inueniuntur in vna p̄te decisa: ex quo patet quod non distinguuntur loco in corpore animalis. Sed de quibusdam potentiis particularibus: manifestuz est quod distinguuntur loco: visus enim manifeste nõ est nisi in oculo: auditus in aure: olfatus in naribus: gustus in lingua ⁊ palato. Sed primus sensus qui est tactus ⁊ necessarius animali est in toto.

¶ Sed quod dicit quod phantasia est in parte decisa. videtur esse dubium. Nam a quibusdam phantasie attribuitur determinatum organum in corpore. ¶ Sed sciẽdum est ꝙ phantasia inuenitur indeterminata in aïalibus imperfectis in aïalibus vero perfectis determinata sicut infra in tertio diceť. Organum ergo aliquod determinatum phantasie attribuiť ad maiorem perfectionez ⁊ determinationem sui actus: sine quo phantasie actus nullo modo esse possit: sicut actus visus nullo modo potest eẽ sine oculo. Sic igitur manifestauit ꝙ in quibus potentiis anime: non est difficile videre: vtruz sint separabiles loco.

¶ Deinde cum dicit.

De intellectu aũt ⁊ perspectiua potentia nihil adhuc manifestũ est: sed videť genus alterum aïe esse: ⁊ hoc solum contingere separari: sicut ⁊ perpetuũ corruptibili. Reliqua aũt partes aïe manifestũ ex his ꝙ non separabiles: sunt sicut quidam dicunt.

¶ Ostendit in qua parte anime circa hoc possit esse dubium. Et dicit ꝙ de intellectu ⁊ quocũqz noïe vocetur p̄spectiua potentia.i. speculatiua nihil est ad hoc manifestum: Nõdum enim per ea que dicta sunt apparet vtruz habeat aliquod organum in corpore vel dictũ sit loco ab aliis organis vel non distinctum. Sed tamen quantum in superficie apparet videtur ꝙ sit alterum genus anime ab aliis partibus aïe.i. alterius nature ⁊ alio modo se habens: ⁊ ꝙ hoc solũ genus anime possit separari ab aliis partibus aïe: vel etiam ꝙ sit separatuz ab organo corporeo sicut perpetuum corruptibili. Sed ꝙ relique p̄tes anime non sint separabiles loco ab inuicem manifestum est ex predictis.

¶ Deinde cum dicit.

Ratione aũt ꝙ altere manifestuz est. Sensitiuo.n. eẽ ⁊ opinatiuo alterũ. Siquidez et sentire ab ipso opinari. Similiter autem et aliorũ vnumquodqz que dicta sunt.

¶ Ostendit ꝙ sint separabiles ratione: cuiuslibet enĩz potẽtie.ratio est. s̃m ordinem ad actum. vnde necesse est si actus sint diuersi s̃m speciem: ꝙ potentie habeãt diuersam rationem speciei: ⁊ hoc est ꝙ dicit ꝙ alterum est eẽ sensitiuo ⁊ opinatiuo.i. intellectiuo.i. altera est ratio vtriusqz potentie si sentire est alterum ab opinari ⁊ similiter est de predictis aliis potentiis.

¶ Deinde cum dicit.

Quod aũt qbusdaz aïaliuz oïa insũt hec: quibusdam vero quedã horum: alteris autez vnũ solum. Hoc autez facit differentiã aïaliũ pp̄ quã autem causam sit factum. posterius ĩtendendum ẽ. Similiter aũt ⁊ circa sensus accidit. Alia quidem.n. habent omnes: alia vero quosdam. Quedam vero vnum maxime necessarium tactum.

¶ Soluit primam questionem: ⁊ dicit ꝙ hic facit differentiam in animalibus ꝙ quibusdaz animaliũ insunt oïa predicta: quibusdam vero quedam hoꝝ: aliis vero vnũ solum. Quibuscunqz autem inest vnũ solum predictoꝝ oporteret ꝙ illud sit aïa.i. quibus vero insunt plura quodlibet est pars anime: sed illa anima denominatur a principaliori vel sensitiua vel intellectiua. Quare autem hoc sit ꝙ q̄dam habent vnuz: quedam plura: quedaz omnia posterius diceť. Et sicut accidit circa potentias aïe: ita accidit circa sensus: quedam enim hñt oẽs sensus sicut aïalia perfecta. quedam vero hñt quosdam sensus sed non omnes vt talpa: quedam vero hñt vnum maxime necessarium.ſ. tactum vt animalia imperfecta. Põt autẽ ⁊ hec particula ad aliũ sensum referri: vt diceť ꝙ qr̄ supius ostenderat phylosophus ꝙ partes aïe non sunt separabiles ab inuicem loco vel subiecto in animali in quo sunt ꝙ propter hoc etiam nõ separentur in diuersis animalibus: sed cuicũqz inest vnum inessent omnia: ⁊ ideo reſ

mouet hoc in hac particula.

¶ Deinde cum dicit.

Quoniam autem quo viuim⁹ ⁊ sentimus
Co.24. dupliciter sicut quo scimus: Dicimus. autez hoc quidem sciam: illud aūt aīam: vtroq3. n. horum dicimus scire. Similiter aūt ⁊ quo sanamur: aliud quidem sanitas est. aliud aūt parte quadā corporis aut ⁊ toto: Horum autem scia q3 ⁊ sanitas forma ē: ⁊ species quedaz ratio: vt actus susceptiuorum: hec quidē scientifici: illa vero sanabilis: videtur. n. in patiente ⁊ disposito actiuoruz inesse actus. Anima autem hec quo viuim⁹: ⁊ sentim⁹ ⁊ mouemur: ⁊ intelligim⁹ primo. Quare ratio quedam vtiq3 erit ⁊ species: sed non vt materia ⁊ vt subie
Co.25. ctum. Tripliciter. n. dicta substātia sicut diximus: hec quidem species: illud vero vt materia: aliud autem ex vtrisq3. Horum autez materiam quidez potentia. species autē actus: postea ex vtrisq3 animatum: non corp⁹ est actus anime: sed ipsa corporis cuiusdam.

¶ Ostenso q̃ aīa est primū viuendi principium: cōcludit ex hoc diffinitionem prius assignatā. Et circa hoc. d. f. primo demōstrat propositū. secūdo ex veritate demōstrata quasdā cōclusiones vlterius īducit. ibi. (propter hoc bene opinātur ⁊c.) Circa primum ponit talē demōstrationē. Duorum quorū vtroq3 dicimur esse aliquid aut operari: vnum. f. qđ primum est: ē quasi forma: ⁊ aliud quasi materia. Sed aīa est primum quo viuimus cū3 tñ viuamus aīa ⁊ corp̄e: ergo aīa est forma corporis viuētis. Et hec ē diffinitio sup̄i⁹ de aīa posita q̃ aīa est act⁹ primus physici corporis potētia vitam habentis. Manifestum est autem q̃ medium huius demonstrationis ē quedā diffinitio aīe. f. aīa ē quo viuimus primū. circa hanc autem demonstrationē. iiij. facit. primo ponit maiorem dicens q̃ quo viuimus ⁊ sentimus dicitur dupliciter. f. altero sicut forma: ⁊ altero sicut materia. Sicut ⁊ quo scimus dicitur dupliciter: duobus. n. dicimur scire quorū vnum est scia: ⁊ aliud est anima. Et similiter quo sanamur dicitur de duobus: quorū vnū est sanitas: ⁊ aliud est aliqua pars corporis: vel etiam totuz corp⁹: vtrobiq3 autē vnū est quasi forma: ⁊ aliud quasi materia. Nā scia ⁊ sanitas sunt forme. q. actus susceptiuorū: scia quidē forma scientifici. i. partis aīe. in qua est scia: sanitas vero est forma corporis sanabilis. Ideo autem dicit (sanabile ⁊ scientificū) vt ostendat aptitudinez in subiecto ad tales formas. semp. n. actiuorum actus. i. forme que inducuntur ab agentibus in materia videntur esse in paciente ⁊ disposito. i. in eo qđ est natum pati actiones agentis a tali agente ⁊ q̃ ē dispositū ad ꝯsequendū finē passionis. f. formā ad quam patiendo perducit. ¶ Scdo. ibi. aīa (est hoc) ponit minorē ꝓpōnez: ⁊ dicit q̃ aīa est primū quo ⁊ viuimus ⁊ sentimus ⁊ mouemur ⁊ intelligimus. Et referunt hec. iiij. ad quattuor genera vite: de qbus superius fecerat mētionē. Uiuere. n. refert ad principiū vegetatiuū: qz superius dixerat q̃ viuere pp hoc principiū inest oībus viuētibus. ¶ Sciendū est autē q̃ cū3 sanitate ⁊ corpore dicamur esse sani: tñ sanitas est primū quo sani dicimur esse nō. n. dicimur esse sani corpore nisi inquātū3 h3 sanitatē. Et similiter scia est primū quo dicimur esse scientes: qz aīa nō dicimur esse sciētes nisi inquātum h3 scientiā. Similiter ēt ⁊ corp̄e nō dicimur esse viuētes nisi inq̃tuz h3 aīaz: ⁊ pp hoc hic dicit q̃ (aīa) est primū quo viuim⁹ ⁊ sentimus ⁊c. (Tertio. ibi.) quare ratio quedam (ponit cōclusionē: ⁊ pēdet hucusq3 constructio ab illo loco (quoniam autē quo viuim⁹ ⁊c.) Cōcludit ergo ex predictis: q̃ aīa se h3 vt ratio ⁊ spēs: ⁊ nō sicut materia ⁊ subiectū. ¶ Quarto. ibi. (tripliciter. n. dicta subiecta ⁊c.) ostendit cōclusionez seq ex premissis. Non enim videbat magis sequi de aīa q̃ sit forma q̃ de corpore: cum vtroq3 viuere dicamur. Unde ad perfectionē dicte demonstrationis subiungit: q̃ cū substātia dicatur tripliciter: vt supra dictum est. f. de materia ⁊ forma ⁊ composito ex vtrisq3: quoꝝ materia est in potētia: ⁊ spēs siue forma ē actus ⁊ cōpositū3 ex vtrisq3 est animatuz: manifestuz est q̃ corpus non est actus aīe: sed magis aīa est actus corporis alicuius: corpus āt est ī potētia respectu aīe: ⁊ iō cū ꝯsequat ex p̄dicta dimōstratione q̃ vel corpus vel aīa sit spēs: ⁊ corpus vt dictū est nō sit species aīe: seqtur q̃ aīa sit species corporis.

¶ Deinde cum dicit.

Co.26. Et propter hoc bene opinantur quib⁹ videtur neq3 sine corpore esse: neq3 corp⁹ aliquod anima corp⁹ quidem enim non est. corporis autem aliquid est.

¶ Inducit quasdā cōclusiones ex premissis. quaꝝ pria ē q̃ biñ opinati sunt qbus visum est q̃ aīa non sit sine corpore. neq3 sit corpus. Nō. n. est corpus qz nō est mā: sed est aliquid corp̄is: qz est actus corporis. et qz oīs actus est in eo cuius est actus: infert consequenter ibi.

Et propter hoc in corpore est. ⁊ corpore huiusmōi: ⁊ nō sicut priores ad corpus aptabant ipsam nihil diffinientes in quo ⁊ quali ⁊ vere: cū nō videatur accipere quodlibet contingēs: Sic aūt fit scdm rōnem: vniuscuiusq3 n. actus in potentia existente ⁊ in propria materia aptus nat⁹ est fieri. Quod quidem igitur actus est quidam ⁊ ratio potentiam habentis esse huiusmodi manifestum ex his.

¶ Scdaz cōclusionē. f. q̃ aīa est ī corp̄e ⁊ tali corpore. f. physico organico: ⁊ hoc non est ꝑ modum quo priores physici loquebant de aīa ⁊ vniōe eius ad corpus. nihil determinātes ī quo vel quali corp̄e esset. et vere hoc est sicut nō dicimus q̃ aīa est ī determinato corp̄e: cū nō videatur aīa accipere qđcūq3 corpus cōtingat: s3 determinatū. et hoc rōnabiliter accidit: qz vnusquisq3 actus nat⁹ est fieri in ꝓpria ⁊ determinata mā. vnde ⁊ aīa o3 q̃ in determinato corp̄e recipiat. ¶ Ultimo autem epilogādo concludit: q̃ anima est actus quidam ⁊ ratio habentis esse huiusmodi. f. potentia viuentis.

Lectio quinta.

Co.27. Potentiarū aūt aīe que dicte sunt. aliis quidem insunt oēs: aliis vero quedā harū: quibusdā vero vna sola. Potentias autem dicimus vegetatiuuz. sensitiuum: appetitiuum: motiuum secunduz locum: intellectiuum.

Ostēsq3 Ar. diffiniuit aīam ī cōi. Nunc accedit ad determinādū de ptibus eius. Nō autē h3 aliter aīa ptes: nisi s3 q̃ ei⁹ potētie ptes eius dicunt: put alicuius potētis multa: ptes dici pnt ptātes ad singula. Unde determinare de ptibus ei⁹: est determinare de singulis potētijs ei⁹. Diuidit aūt hec ps ī duas. In pria determinat de potētijs aīe in cōi: distinguēdo eas ad inuicē. In scda determinat de singulis earū. ibi. (Quare primū de alimēto ⁊ gustione ⁊c.) Prima aūt pars diuidit ī duas. In prima distinguit potētias aīe ab inuicē. In scda ostēdit qđ de potētijs aīe ⁊ quē ⁊ quo ordine determinādū sit. ibi. (Quare ⁊ s3 vnū quodq3 querēdum ⁊c.) Cir

ea primum. d. f. primo distinguit potentias anime ab in uicē. scdo ondit q̄liter rō cōis aīe se hʒ ad ptes predictas. ibi. (Manifestū igit̄ est quoniā eodē ꝛc.) Circa primū. p. primo enumerat potētias aīe. scdo ondit q̄liter se inuicē cōsequātur. ibi (Inest autē plantis ꝛc) Dicit ergo primo ꝙ de potētiis aīe que supranoīate sunt quibusdā insunt oēs: sicut hoībus: quibusdam q̄dam earum: sicut aīalibus: quibusdā vna tm̄: sicut plantis. Et q2 superius nō nominauerat eas potentias: sed partes aīe. ideo manifestat ꝙ ꝑ potētias idem intelligit: ꝙ supra ꝑ partes: quarum quidē sunt quinqʒ genera. f. vegetatiuū: sensitiuum: appetitiuum: motiuū s̄m locum: intellectiuum. C Oportet aūt hec duo videre. primo quidē quare ponit hic quinqʒ genera potētiarū anime: precipue cū cōmuniter dici triplicē esse animā: vegetabilē: sensibilē: rationalē. C Scdo cōsiderare oʒ quare hic ponit. v. cū superius posuerit tātū quattuor. C Sciendū autē primū ꝙ oīs potentia dicatur ad actum propriū: potētia operatiua dicit̄ ad actum qui est opatio. potentiā aūt aīe sunt operatiue. talis. n. est potētia forme. Unde necesse est s̄m diuersas operationes anime: accipi diuersitatē potentiarū. operatio aūt aīe est operatio rei viuētis. cum igit̄ viuentis: ei cōpetat ꝓpria operatio s̄ʒ qd̄ esse eo ꝙ vnūquodqʒ operatur inquantū est ens: oʒ operationes aīe cōsiderare s̄m quod inuenitur in viuentibus. Illorū aūt viuentia inferiora: quorū actus est aīa de qua nunc agit̄: habet duplex esse: vnum quidē materiale in quo cōueniunt cū aliis rebus materialibus. aliud autē immateriale in quo cōicant cum substantiis superioribus aliqualit̄. Est autē differētia inter vtrūqʒ esse: q2 s̄m esse materiale qd̄ est ꝑ materiā contractum vnaqueqʒ res est hoc solum qd̄ est: sicut hic lapis nō est aliud q̄ hic lapis: s̄m vero esse immateriale ꝙ est āplum ꝛ quodāmodo infinitum: inq̄ntum nō est ꝑ māni terminatum res nō solum est id ꝙ est. sed ēt ē quodāmodo alia. Unde in substantiis superioribus immaterialibus sunt quodāmodo oīa sicut in vl̄ibus causis. Illorū aūt inmaterialia e esse hʒ duos gradus in istis inferioribus. Nā quoddā est penitus immateriale. f. esse intelligibile. in intellectu. n. res habēt esse ꝛ sine mā: ꝛ sine cōditionibus materialibus indiuiduantibus: ꝛ etiā absqʒ organo corporali. eē aūt sensibile est mediū inter vtrūqʒ. Nā in sensu res hʒ esse sine materia: nō tn̄ absqʒ conditionibus materialibus indiuiduantibus: neqʒ absqʒ organo corporali. est. n. sensus particularium: intellectus vero vniuersalium. Et q̄ntum ad hoc duplex esse dicit p̄ns in tertio huius ꝙ aīa est quodāmodo oīa. Operatiōes igit̄ que cōpetunt viuenti s̄ʒ esse materiale sunt operationes que attribuunt̄ aīe vegetabili: que tn̄ lʒ ad id ordinent̄ ad quod etiam ordinant̄ actiones in rebus inanimatis. f. ad cōsequendū esse ꝛ cōseruandū in: tamē in viuentibus hoc fit per altiorem ꝛ nobiliorem modū. corpa. n. inanimata generantur ꝛ cōseruantur in esse a principio motiuo extrinseco. animata vero generātur a principio intrinseco quod est in semine: conseruātur vero a principio nutritiuo intrinseco. Hoc enim videtur esse viuentium ꝓprium: quod operentur tanq̄ ex seipsis mota. Operationes autē que attribuunt̄ rebus viuentibus s̄m esse penitus immateriale. ptinent ad partē aīe intellectiuā: que vero attribuuntur eis s̄ʒ esse medium: pertinent ad partē aīe sensitiuā. Et s̄m hoc triplex esse distinguitur cōiter triplex aīa. f. vegetabilis: sensibilis: ꝛ rationalis. Sed q2 omne esse est s̄m aliquā formā oʒ ꝙ eē sensibile sit s̄m formā sensibilē: ꝛ esse intelligibile s̄m formā intelligibilē. Ex vnaquaqʒ autē forma sequitur aliqua inclinatio ꝛ ex inclinatione operatio: sicut ex forma naturali ignis sequitur inclinatio ad locū q̄ ē sursum s̄m quā ignis dicit̄ leuis: ꝛ ex hac inclinatione sequitur opatio. f. motus q̄ est sursum. Ad formā igit̄ tam sensibilē q̄ intelligibilē sequitur inclinatio q̄dam q̄ dicitur appetitus sensibilis vel intellectualis: sicut iclinatio p̄ns formā nālem dicit̄ appetitus naturalis. ex appetitu autem sequitur operatio que est motus localis. Hec igitur ē ratio quare oʒ esse quinqʒ genera potentiarū aīe. qd̄ primo q̄rebatur. C Circa scdm scien dū est ꝙ supra Aristo. intendens ōndere ꝙ aīa est principium viuendi in oībus viuentibus distinxit ipsum viuere s̄m gradus viuentium: ꝛ nō s̄m opatiões vite s̄m q̄s distinguunt̄ hec genera potentiarū. Appetitiuū autē nō cōstituit aliquē diuersum gradum viuentibus. q2 oīa q̄ hn̄t sensum hn̄t appetitū: ꝛ sic remanent tantū quattuor gradus viuentium vt supra oñsum ē.

C Deinde enim dicit.

Inest autem plātis vegetatiuum solum: alteris autem hoc ꝛ sensitiuū. si autem sensitiuū: ꝛ appetitiuū: Appetitus quidem enim desiderium ꝛ ira ꝛ voluntas sunt. Animalia autē omnia habent vnum sensum tactum. Cui autem sensus inest huic ꝛ letitia ꝛ tristitia ꝛ dulce ꝛ triste. Quibus autem hec ꝛ concupiscentia. Delectabilis enim appetitus hec.

C Oñdit q̄liter p̄dicte potentie cōsequunt̄ se inuicē manifestans qd̄ supra dixerat ꝙ potētiarū quibusdā insunt oēs quibusdā quedā quibusdā vna sola. Ubi cōsiderādum est ꝙ ad hoc ꝙ viuere sum sit pfectū: nullus gradus pfectiōis in rebus intermittit̄: sed paulatim natura de imperfectis ad perfecta procedit: propter quod etiā Aristo. in. viii. metha. assimilat species rerū numeris. q̄ paulatim in augmētū proficiūt. vnde in viuentibus quedā habēt vnum tantum p̄dictorum. f. plante: in quibus est solū vegetatiuū: qd̄ necesse est in oībus viuentibus mālibus esse. q2 huic potentie attribuunt̄ operationes ptinentes ad esse materiale. Aliis autē. f. animalibus inest vegetatiuū ꝛ sensitiuū. si autem est ibi sensitiuū: oʒ ꝙ adsit tertium. f. appetitiuū qd̄ q̄dē diuidit̄ i tria. f. desideriū qd̄ ē s̄ʒ vim concupiscibilē: ꝛ irā q̄ ē s̄ʒ vim irascibilē: q̄ duo appetit⁹ ptinentis ad partem sensitiuā. sequuntur enim apprehensionem sensus. Tertium autem est voluntas quod est appetitus intellectiuus p̄ns scilicet apprehensionem intellectus. Quod autem appetitiuum insit oībus aīalibus ꝓbat dupliciratione. Quarum prima est: ꝙ oīa aīalia habent ad minus vnum sensum. f. tactum. quibus autē inest sensus letitia ꝛ tristitia. i. delectatio ꝛ dolor. Letitia enim ꝛ tristitia magis videnē seq apprehensionem interiorē: Sed delectatio ꝛ dolor consecuntur apprehensionem sensus: ꝛ precipue sensus tactus. Et si est letitia ꝛ tristitia: necesse ē ꝙ sit aliqd̄ triste ꝛ dulce: i. delectabile ꝛ dolorosum oʒ enim omne quod sentitur secundū tactum esse vel cōueniēs: ꝛ sic est delectabile. vel nociuū. ꝛ sic est dolorosum. Quibuscūqʒ autem inest aliquid delectabile ꝛ triste his inest ꝛ cōcupiscentia q̄ est appetitus delectabilis. ergo de primo ad vltimum: omnibus animalibus quibus inest sensus tactus: inest appetitus.

C Secundā rōne ad idē ostendendū ponit ibi.

Adhuc autem alimenti sensum habent: tactus. n. alimenti sensus. Siccis. n. ꝛ humidis ꝛ calidis ꝛ frigidis aluntur omnia viuentia: horum autem sensus tact⁹: sed aliorum sensibilium secundum accidens. Nihil. n. in alimentū cōfert sonus: neqʒ color: neqʒ odoratus. Humorum autem vnum aliquod est tangibilium: esuries autem ꝛ sitis est concupiscentia: ꝛ esuries quidē calidi ꝛ sicci. sitis autem frigidi ꝛ humidi: sapor vero vt delectamentum horū est. Certificādū aūt de his posteri⁹ est. Nūc aūt intantum dictum sit ꝙ animalibus habentib⁹ tactum ꝛ appetit⁹ inest. De phantasia aūt immanifestū


posterius autem intendendum est. Quibusdam autem adhuc inest et secundum locum motiuum: alteris autem intellectiuum et intellectus: vt hominibus: et si aliquod alterum huiusmodi est: aut et honorabilius.

¶ Que talis est. Omnia aialia habet sensum quo cognoscunt suum alimentum .s. sensum tactus qui est sensus alimenti. Et quia necessarium est oibus aialibus vti alimento: vt dictum est. ideo necessarium est quod habeant sensum tactus quo percipiant sibi alimentum conueniens. Quod autem tactus si sensus alimenti manifestum est. sicut .n. corpora viuentia constant ex calidis et humidis et frigidis et siccis: ita ex his nutrimur: tactus autem est sensus discretiuus horum. (Sed aliorum sensibilium) .i. alijs sensibilibus non nutriunt viuentia nisi secundum accidens: inquantum videlicet coniunguntur tangibilibus: Sonus .n. et odor et color nihil conferunt in alimentum inquantum huiusmodi: sed solum inquantum contingit colorata et odorata et sonantia esse calida vel frigida: humida vel sicca humor autem .i. sapor est quoddam de numero tangibilium qualitatum: sicut et gustus est quidam tactus. Sic igitur patet quod omnia aialia habent sensum alimenti: quibuscunque autem inest sensus alimenti his inest esuries et sitis. quorum vtrunque est concupiscentia alimenti: esuries quidem est concupiscentia calidi et sicci: quia habet rationem cibi: sitis autem frigidi et humidi: quia habet rationem potus. Sapor autem est quoddam horum delectamentum. sapor .n. delectabilis iudicat conuenientem proportionem calidi et frigidi. humidi et sicci in alimento. Unde magis pertinet ad delectationem alimenti quam ad necessitatem. Sic igitur vbicunque est sensus tactus: est appetitus. Quomodo autem phantasia se habet ad appetitiuum et sensitiuum posterius dicetur. Quibusdam autem animalibus supra hec tria .s. vegetatiuum: sensitiuum: et appetitiuum inest etiam motiuum secundum locum. Alijs vero supra hec quatuor inest et intellectiuum: et intellectus ipse .s. hominibus: et si aliquod aliud genus rerum est simile hominibus: aut etiam honorabilius hominibus: inuenitur autem aliquod honorabilius hominibus quibus inest intellectus: est .n. in substantijs separatis: et in corporibus celestibus: si tamen sunt animata: sed in viuentibus mortalibus non est aliquod genus viuentium habentium intellectiuum nisi in specie humana. Cum .n. intellectus non habeat organum corporale non potest diuersificari habentia intellectum secundum diuersam complexionem organorum: sicut diuersificantur species sensitiuorum secundum diuersas complexiones: quibus diuersimode se habent ad operationes sensus.

¶ Deinde cum dicit.

Manifestum igitur est: quod eodem modo vna vtique erit ratio aie et figure. Neque .n. ibi figura est preter triangulum et figuras: et que consequenter sunt: neque hic aia preter predictas est. Fiet autem vtique. et in figuris ratio communis: que conueniet quidem omnibus: propria autem nullius erit figure. Similiter autem et in dictis animabus: vnde ridiculum est querere communem rationem et in his et in alteris: que nullius erit eorum que sunt propria rationem: neque secundum propriam et indiuiduam speciem dimittentibus huiusmodi. similiter autem se habet ei quod de figuris est: et que secundum aiam sunt. Semper .n. in eo quod est consequenter in potentia. quod prius est in figuris et in aiatis: vt in tetragono quidem trigonum est: in sensitiuo autem vegetatiuum.

¶ Ostendit qualiter se habet predicta diffinitio anime ad partes enumeratas. Et ad huius intellectum sciendum est quod plato posuit vniuersalia esse separata secundum esse tamen illis que se habent consequenter non posuit vnam ideam communem sicut in numeris et figuris. non .n. posuit vnam ideam numeri preter omnes numeros: sicut posuit vnam ideam hominis preter omnes homines eo quod numerorum species naturali ordine consequenter se habent. Et sic prima earum .s. dualitas est causa omnium consequentium. Unde non oportet ponere aliquam ideam communem numeri ad causandum speciem numerorum. Et similis ratio est de figuris. Nam eius species consequenter se habent sicut et species numerorum. trigonum enim est ante tetragonum: et tetragonum ante pentagonum. Dicit ergo. Manifestum esse quod eodem modo vna est ratio aie sicut vna est ratio figure: sicut .n. inter figuras non est aliqua figura que sit preter triangulum et alias species consequentes vtpote que sit idea communis omnium figurarum: ita nec in proposito est aliqua anima. que separata existens preter omnes predictas partes. Sed quamuis non sit vna figura separata inesse preter omnes figuras et secundum platonicos qui ponunt species communes separatas: tamen inuenitur vna ratio communis que conuenit omnibus figuris: et non est propria alicuius earum: ita est et in aialibus: et ideo ridiculum est quod homo querat vnam rationem communem tam in aialibus quam in alijs rebus que non conueniat alicui animarum que sunt in rerum natura particulariter. Neque etiam est conueniens quod homo querat diffinitionem anime secundum vnamquamque speciem aie: et dimittat diffinitionem communem omnibus aialibus. ergo neque diffinitio communis aie pretermittenda fuit. neque sic est assignanda diffinitio communis aie quod non conueniat singulis aialibus. et quia dixerat quod eodem modo se habet ratio aie sicut ratio figure ostendit conuenientiam inter vtrunque. et dicit quod similiter se habent figure et aie adinuicem: in vtrisque .n. illud quod est prius est in potentia in eo quod est consequenter. Manifestum est .n. in figuris quod trigonum quod est prius est potentia in tetragono: potest .n. tetragonum diuidi in duos trigonos.



¶ Et similiter in anima sensitiua vegetatiuum est quasi quedam potentia eius: et quasi anima per se. et similiter est de alijs figuris et alijs partibus anime.

¶ Lectio sexta.

Quare et secundum vnumquodque querendum quid sit vniuscuiusque anima: aut que plante: et que hominis: aut bestie.

Ostenso quod philosophus enumerauit genera potentiarum aie: et quomodo se habet diffinitio communis aie supra posita ad partes eius. Hic ostendit quid aliud modo determinandum sit et quo ordine. et diuiditur in .ii. partes. In prima ostendit quid determinandum restat de aia. secundo ostendit quo ordine determinare oporteat. ibi. (Necessarium autem est debentem.) Circa primum ostendit duo restare ad determinandum: quorum vnum concludit ex predictis dictum est supra: quod sicut non est querenda talis diffinitio communis aie: que nulli aie partium conueniat: ita non debemus esse contenti diffinitione communi. sed oportet propriam Lec. 5.

diffinitionē cuiuslibet ptis aīe ingrere. et ex hoc pcludit q̄ hoc fz vnūquodqz aīatū q̄rēdū ē q̄ sit anima vniuscuiusqz aīa. vt.s. sciat gd ē aīa plātē. ⁊ gd aīa hoīs: ⁊ gd aīa bestie: ⁊ hoc ē scire de vnaquaqz parte anime quid sit.

¶ Secundo ibi.

Propter quā āt cām cōsequēter sic se habēt. cōsiderādū est. Sine .n. vegetatiuo sensitiuum nō est. a sensitiuo āt separaſ vegetatiuū i plātis. Iterū autē sine quidē eo quod pōt tāgere: aliorū sensuū neqz vnus est. Tactus āt sine aliis ē. Multa .n. aīaliū neqz visum neqz auditū habēt. neqz odoratus sensum. Et sensitiuorū āt alia qdē habent secūdū locū motiuum: alia vero non habēt. vltimū autē ⁊ minimū rōne ⁊ intellectū: vt hō: aut huiuſmodi aliud. Quibus .n. inest. ratiocinatio corruptibiliū. his ⁊ reliqua oīa. Quibꝰ aūt illorū vnumquodqz: non oībus ratiocinatio: sed quibusdā q̄uidē neqz imaginatio. Alia autez hac sola viuunt. De speculatiuo autē intellectu alia ratio est. Quod quidē igitur de horū vnoquoqz ratio hec propriissima: ⁊ de aīa māifestū ē.

Co. 32. ¶ Ponit aliud qd̄ restat ad determinādū: dictū ē .n. supra q̄ ptes aīe cōsequūtur se hīt adinuicē sicut spēs figure. Sz cōsiderādū ē pp quā cāz ptes aīe hoc mō se habeāt cōsequēter: hmōi .n. cām i fine libri assignabit. Exponit aūt q̄liter se habeāt ꝯsequēter. q̄r sensitiuū nō pōt esse sine vegetatiuo: sed vegetatiuū separaſ a sensitiuo i plātis. nec ē mirū: q̄r supra dictū est q̄ opa vegetatiui ordinanſ ad adipiscēdū ⁊ cōseruādū esse nāle qd̄ subiacet q. fundamētū. ¶ Itez ēt ꝯſitīa quedam inueniſ in ipsis sensibus q̄r sine sensu tactus nullus aliox sensuū eē pōt: tactus āt inueniſ sine aliis sensibus. Multa .n. aīaliū: neqz visum hīt neqz auditū: neqz sensum odoratꝰ sed solū tactū. Et hoc ēt rōnabiliter accidit. nā tactus ē sensus pcēptiuus eorū q̄ ptinēt ad ꝯsistētiaz aīalis: ex qbꝰ .s. aīal cōstatꝰ ⁊ nutriſ. Alia vero sensibilia nō cōferunt ad hoc nisi p accidēs. Vñ alii sensus nō sunt de necessitate aīalis: ⁊ p hoc non inueniuſ in oībus aīalibus: sed i pfectis. ¶ Est ēt cōsiderāda ꝯſia sensitiui ⁊ motiui. Nā motiuū nō est sine sensitiuo: sensitiuū aūt pōt esse sine motiuo: aliqua .n. habētiū sensuz habēt ēt motū fm locū: sed aliqua nō hīt. Sed hīc ītelligendum est de motu pgressiuo aīaliū: fm q̄ aīalia mouenſ de loco ad locuz. Hic .n. motus nō inest oībꝰ aīalibus: sed q̄ carent hoc motu hīt aliquem motū localē .s. dilatatiōis ⁊ cōstrictiōis: sicut apparet i ostreis. Illud autē quod est vltimū īter oēs ptes aīe ⁊ minimuz: q̄r nō diuidiſ in diuersa fm speciē: est q̄ hz rationē ⁊ intellectuz. q̄r qbuscūqz de numero corruptibiliū inest rō: his insunt ⁊ oīa alia pdicta. hoc āt dicit vt preseruet se a substātiis sepatis: ⁊ a corporibus celestibus si sunt aīata: q̄r cum sint sine gnātione ⁊ corruptione: nō indigēt vegetatiuo. Itez eorū ītellectus p se speculaſ ea q̄ sunt fm se intelligibilia: vñ non īdigēt sensibus ad cognitionē ītellectiuam ꝯsequēdam. Sed in mortalibꝰ habētibus intellectū: necesse est oīa alia pexistere sicut quedaz instrā ⁊ ppāratoria ad intellectū: q est vltima pfectio intenta in opatione nature. Nō autē oībus qbus inest aliqua quod pdictorum inest ⁊ ratio. ¶ Et q̄r imaginatio videtur habere q̄sdam affinitatē ad intellectū: cum supra dictum sit q̄d intellectus vel est phātasia q̄dam: vel non sine phantasia: addit de imaginatione ⁊ dicit quod qbusdā aīalibus non solū non inest intellectus: sed nec etiam imaginatio. ¶ Videtur tamē hoc esse contrariū et quod supius dixerat. q̄r si pars decisa hz sensum ⁊ appetitū. q̄ hz etiā phantasiā. sz tn̄ phantasia est idem cum imaginatione vt vr̄. Dicēdū est igiſ q̄ aīalia īperfecta: vt in tertio diceſ: hīt qdem phantasiā. sed indeterminate. q̄r .s. motus phantasie nō remanēt in eis post apprehensionē sensus: ī aīalibus aūt perfectis remanet motus phantasie: etiā abeuntibus sensibilibus: ⁊ fm hoc dr̄ hic q̄ imaginatio nō est eadē oībus aīalibus: sed quedā aīalia sunt q̄ hac sola viuunt carentia .s. intellectu ⁊ directa in suis opationibus p imaginationem. sicut nos dirigimur p intellectū. Et licet non omnibus animalibus insit imaginatio: sicut nec intellectus tn̄ de ītellectu speculatiuo est alia ratio: q̄ de imaginatione. Differūt .n. adinuicē: vt infra patebit. Manifestū est igiſ q̄ de vnaquaqz pte aīe propriissime dicaſ hec diffinitio que assignata est de anima. Lec. 5.

¶ Deinde cum dicit.

Necessariū aūt est debentē de his pscrutationē facere: accipe vnūquodqz eorū qd est. Postea sic de hītis aut ⁊ de aliis inuestigare. Com.

¶ Ostēdit quo ordine determinādū sit de ptibꝰ anime. Et assignat ordinem quantum ad duo. Primo quantum ad hoc: q̄ ille q oz de ptibus anime pscrutari. primo oz accipere vnūquodqz horum qd est. et postea oz cōsiderare de habitis .i. cōsequētibus ptibus ⁊ de aliis q̄ sunt cōsiderāda circa ptes aīe ⁊ circa ipsa aīata: sicut de organis ⁊ de aliis hmōi. ⁊ iste ordo necessarius est: q̄r si simul de oībus determinareſ esset confusa doctrina.

¶ Secundum tangit ibi.

Si aūt oz dicere qd vnū quodqz ipsoruz: vt quid intellectiuū: aut sensitiuū: aut vegetatiuū prius adhuc dicēdum qd sit ītelligere: ⁊ qd sentire. Priores .n. potētiis actus ⁊ operatioēs scdm rationē sunt. si aūt sic: aut his priora opposita oz cōsiderare. De illis primuz vtiqz oportebit determinare propter eandez cām: vt de alimento ⁊ sensibili ⁊ intelligili.

¶ Dicēs q̄ si oz de aliqua pte aīe dicere quid est .s. qd est intellectiuū: aut sensitiuū: aut vegetatiuū: prius oz dicere de actibus .s. qd sit ītelligere: ⁊ qd sentire. et hoc io q̄r fm rationē diffinitiuā: actus ⁊ opatiōes sunt priores potētiis: potētia .n. scdm h̄ ipsum q̄ ē: īportat habitudinē quandā ad actum: est .n. principium quoddā agendi vel patiendi. vnde oz q̄ actus ponanſ in diffinitionibus potentiarum. et si ita se hz circa ordinē actus ⁊ potētie ⁊ actibus ad h̄ sunt priora opposita .i. obiecta. species enī actuum ⁊ opationū sumunſ secundū ordinē ad obiecta. oīs .n. aīe opatio vel est actus potētie actiue vel passiue. obiecta qdē potentiax passiuarū cōparanſ ad opationes earum: vt actiua q̄r reducunt potētias in actum: sicut visibile visum: ⁊ oē sensibile sensum. obiecta vero potentiarum actiuaruz cōparanſ ad opationes ipsax vt fines: obiecta .n. potētiarū actiuarū sunt opata ipsarū. manifestū est aūt q̄ in qbuscūqz preter opationes: sunt aliqua opata q̄ opata sunt fines opationū vt diciſ i pmo eth. sic domus q̄ edificaſ ē finis edificationis. Manifestū ē igiſ q̄ oē obiectū cōparaſ ad operationē aīe vel vt actiuū: vel vt finis: ex vtroqz āt specificaſ opatio. manifestū ē .n. q̄ diuersa actiua fm spēm: hīt opatiōes specie differētes. sicut calefactio ē a calore: ⁊ īfrigidatio a frigore. Silr ēt ex termino ⁊ fine specificaſ opatio: sicut sanatio ⁊ egrotatio differūt specie fz differētiā sanitatis ⁊ egritudinis. Sic igiſ obiecta sunt priora opationibꝰ aīe i via diffiniendi. Vnde ⁊ prius oportebit determinare de obiectis q̄ de actibus pp eandez cām pp q̄ ⁊ de actibus prius determinaſ q̄ de potētiis. Obiecta āt sunt sicut alimentū respectu vegetatiui: ⁊ sensibile respectu sensus: ⁊ intelligibile respectu ītellectus. ¶ Sed sciendum est q̄ et Lec. 6

obiectis diuersis nõ diuersificant actus ꝛ potentie aïe: nisi qñ fuerit drïa obiectorũ inq̃ztum sunt obiecta.i. secundum rõnẽ formalẽ obiecti: sicut visibile ab audibili. Si aũt seruet̃ eadẽ ratio obiecti quecũqz alia diuersitas ñ inducit diuersitatẽ actuum s̃m speciem ꝛ potentie.eiusdem potentie est videre hominẽ coloratum ꝛ lapidem coloratum.qꝛ hic diuersitas p accidens se hz in obiecto inq̃ztum est obiectum. ℂ Sciendum est aũt ꝙ itellect⁹ noster possibilis est in potẽtia tm̃ i ordine intelligibiliũ: fit aũt actu p formã a phantasmatib⁹ abstractam: nihil autẽ cognoscit̃ nisi s̃cdm ꝙ est actu: vnde itellectus possibilis noster cognoscat ipsum p speciem intelligibilẽ: vt in tertio habet̃: non autẽ ituendo essentiam suam directe. Et ideo oꝫ ꝙ in cognitione aïe ꝓcedamus ab his q̃ sunt magis extrinseca: a qbus abstrahunt̃ spẽs intelligibiles: p quas intellectus intelligit seipsum: vt.s.p obiecta cognoscamus actus: ꝛ p actus potentias: ꝛ per potentias essentiam aïe. Si autem directe essentiam suam cognosceret aïa per seipsam esset contrarius ordo seruandus in anime cognitione: qꝛ quanto aliquid esset propinquius eẽntie anime tanto per prius cognosceretur ab ea.

ℂ Lectio septima.

Uare primũ de alimẽto ꝛ generatione dicendum est. Uegetatiua.n.aïa ꝛ

q aliis inest prima: ꝛ maxime communis potẽtia est anime secũdũ quã inest viuere oib⁹: cuius sunt opa generare ꝛ alimẽto vti.

p **Ostq̃** phylosophus distinxit potẽtias aïe ab inuicẽ ꝛ ostẽdit quid ꝛ quo ordine de eis tractãdum sit: hic s̃m per taxatũ ordinẽ de eis determinat. Et diuidit̃ in.p.d.prima determinat de singulis partibus aïe qd sit vnaqueqꝫ: In secũda assignat cãm quare talẽ oñam habent ad inuicẽ.ibi.(Uegetabiles igit̃ hñt aïaꝫ ꝛc.)in penultimo capitulo libri. Prima diuidit̃ i ptes quatuor. In prima determinat de vegetatiuo. In s̃cda de sensitiuo. ibi.(Determinatis aũt his dicamus cõmuniter de omni sensu ꝛc.) In tertia de intellectiuo.ibi.(De parte aũt aïe qua cognoscit ꝛc.) In quarta de motiuo s̃m locum. ibi.(De mouẽte autẽ ꝙ sorte aïe sit ꝛc.) De appetitiuo aũt nõ facit specialẽ tractatũ: qꝛ appetitiuũ nõ ꝯstituit aliquem specialẽ gradũ viuentiũ: ꝛ q: simul cũ motiuo de eo determinat̃. Prima autẽꝫ pars diuidit̃ in duas. In prima premittit quedã q̃ sunt necessaria ad cognitionẽ partis vegetatiue. In secunda determinat de parte vegetatiua.ibi.(Quoniam autẽ eadem potẽtia aïe vegetatiue ꝛ generatiue ꝛc.) prima diuiditur in.d. In prima dicit de quo est intentio. in secunda manifestat q̃dam q̃ preexiguntur ad cognitionẽ partis vegetatiue ibi. naturalissimũ.n.operũ ꝛc. ℂ Concludit ergo primo ex p̃dictis ꝙ cũ dicẽdũ sit primo de obiectis ꝛ actibus q̃ꝫ de potẽtiis ꝛ prio de prima potentia q̃ꝫ de consequẽtibus: ꝙ primo dicẽdũ est de alimẽto quod est obiectũ aïe vegetatiue: ꝛ de generatione q̃ ẽ actus eius. ꝛ ideo primo dicẽdum est de obiecto ꝛ actu huiꝰ partis: q̃ꝫ aliarũ: qꝛ ista pars est prima inter alias ptes aïe in subiectis in quibus inuenit̃ cũ aliis. est.n.q.fundamentũ aliarum: sicut esse nãle ad quod pertinent opatiões eius: est fundamẽtum esse sensibilis ꝛ intelligibilis. Et alia ratio est. quare prius de ea dicendum est: qꝛ ipsa est cõis oĩbus viuentibus. ipsa.n.seperãtur ab aliis: sed alie non separantur ab ea: ꝛ de cõibus pri⁹ est agenduꝫ. Huiꝰ aũt ptis opera sunt generare ꝛ alimẽto vti. ꝛ iõ de istis prio agẽdũ est.

ℂ Deinde cum dicit.

Naturalissimũ.n. operuꝫ viuẽtibus ẽ quecũq̃ꝫ ꝑfecta ꝛ non orbata: aut, generationem spõtaneã habẽt: facere alterũ quale ipsuꝫ: animal de m aïal, planta aut plantam: quatenus ipso semper ꝛ diuino esse: ꝛ immortali participent: secundum ꝙ possunt. Oïa.n. illud appetunt: ꝛ illi⁹ cã agunt omnia quecunqꝫ agũt secũdũ naturã. Id aũt ꝙ cuius cã fit: dupliciter est: hoc q̃dẽ cuius: illud vero quo. Quoniam igitur communicare non possunt ipso semper ꝛ diuino continuatiõne: ꝓp id qd nihil cõtingit corruptibiliuꝫ idẽ ꝛ vnũ numero ꝑmanere: secũdũ ꝙ põt participare vnũquodqꝫ sic cõmunicat: hoc quidem magis: illud vero minus: ꝛ ꝑmanet nõ idem: sed vt idẽ: numero quidem non vnum: specie autem vnum. Co. 35.

Ostq̄ phylosophus determinauit de visibili. hic determinat de audibili i. de sono. et diuiditur in .ii. p. In prima determinat de sono in communi. In secunda determinat de quadā spē soni .s. voce. ibi. (Uox autem.) prima in duas partes diuiditur. In prima determinat de sono. In secunda de differentiis sonorū. ibi (Differentie autem sonorū.) Prima diuidit in .ii. in prima determinat de sono. in secunda mouet quandam dubitationem circa predeterminata. ibi. (Utrum autē sonat.) Prima diuiditur in .ii. in prima determinat de generatione soni: in secunda de immutatione auditus a sono. ibi. (Uacuū autem.) Si autem queratur quare determinat hic de generatione soni cū supra non determinauerit de generatione coloris: sed solum de immutatione sensus et medii a colore. Dicendum est ꝙ color et odor et sapor et qualitates tangibiles habent esse permanens. et fixum in suo subiecto. Unde est alia consideratio ipsarum qualitatum secundum se: et secundum ꝙ immutant sensum. et propter hoc alterius est consideratiōis vtriusq̄. Unde phylosophus de generatione coloris et saporis et odoris determinat in libro de sensu et sensato: de qualitatibus autem tangibilibus in libro de generatione: et quantum ad aliqua in libro meteo. in hoc autem li. non intendit determinare de sensibilibus nisi inquantum sunt immutatiua sensus. Sonus autem causatur ex motu: et non habet esse fixum et quiescens in subiecto: sed in quadam immutatione consistit. vnde simul determinatur de eo secundum ꝙ generatur in sua spē: et secundum ꝙ immutat sensum. ¶ Prima autem pars diuiditur in duas. In prima determinat de prima generatione soni. in secunda de secunda soni generatione que fit per reflexionē. ibi. (echon autem fit.) Circa primum .ii. f. primo ostendit ꝙ sonus quandoq̄ est in actu: quandoq̄ in potentia. secundo ostendit quomodo fit sonus in actu. ibi. (fit autem secundum actum.) Dicit ergo primo ꝙ antequam determinetur de tactu et de gustu: dicendū est de sono et olfactu: sed primo de sono quia spiritualior est vt supra ostensum est. Sonus autem dupliciter dicitur .s. sonus in actu: et sonus in potentia. dicimus autem aliquam rem habere sonum: et quando actu sonat: et quando habet potentiam sonandi. sicut dicimus hec campana bene sonat: quamuis non sonet in actu. et secundum hunc modum dicimus ꝙ quedam non habent sonum: quia non habent potentiam sonandi: sicut spongia et huiusmodi mollia. Quedam autem dicuntur habere sonum quia possunt sonare: sicut es et alia huiusmodi plana et lenia. Sic ergo patet ꝙ sonus quandoq̄ dicitur secundum potentiam: quandoq̄ secundum actum: sed ꝙ fiat sonus in actu: hoc pertinet et ad medium et ad auditum. Omne .n. sensibile dupliciter dicitur esse in actu. vno modo quando actu sentitur: hoc est dum species eius est in sensu: et sic sonus est actu secundum quod est in auditu. Alio modo secundum ꝙ habet propriam speciem per quam sentiri potest: prout est in suo subiecto. et sic alia sensibilia sunt in actu: prout sunt in corporibus sensibilibus: sicut color prout est in corpore colorato. et odor et sapor prout sunt in corpore odorifero et saporoso. Sic autē nō est de sono. nam in corpore sonante nō est sonus nisi in potentia: in medio autem quod mouetur ex percussione corporis sonantis fit sonus in actu. et propter hoc dicitur ꝙ sonus in actu est medii et auditus: non autem subiecti sonabilis. ¶ Deinde cum dicit.

Fit autem qui secūdum actum sonus semper alicuius ad aliquid et in aliquo: percussio enim est faciens. Unde impossibile est cum sit vnum fieri sonum. Alterum enim est verberans: et quod verberatur: quare sonans ad aliquid sonat. Tangit enim aliquid. Cum autem ictu tāgit: sonat. Ictus autē nō fit sine motu.

¶ Ostendit quomodo sonus fiat in actu. Et circa hoc .ii. f. Primo ostendit quot concurrunt ad hoc ꝙ sonus constituatur in actu. secūdo ostēdit qualia esse oporteat. ibi. (Sicut autem diximus.) Dicit ergo primo ꝙ ad hoc ꝙ sonus fiat in actu oportet tria concurrere. fit enim semper alicuius: et ad aliquid: et in aliquo: et ideo si sit vnum tantum non potest sonum facere. Et huius ratio est sine signum quia percussio est causa soni. oportet igitur esse aliquid idest percutiens: et aliquid percussum. Et propter hoc dicit ꝙ (sonus est alicuius ad aliquid) idest percutiens ad percussum. Oportet enim ꝙ illud quod facit sonum tangat aliquid: et cum tetigerit suo ictu generetur tunc sonus. Ictus autē percutientis nō fit sine motu locali: motus autem localis non est sine medio. Unde relinquitur ꝙ oportet esse medium ad hoc ꝙ fiat sonus in actu. et hoc est quod dictū est ꝙ oportet esse sonū: non solum alicuius et ad aliquid: sed etiam in aliquo.

¶ Deinde cum dicit.

Sicut autē diximus: non contingentium ictus sonus est: nullum enim faciunt sonum pili: et si percutiantur: sed es: et quecunq̄ lenia et concaua sunt. Et quidem quoniam lene est. Concaua autē ex repercussione: faciunt multos ictus post primum in potentia exire quod in actu est.

¶ Ostendit qualia oportet esse ea que requirūtur ad soni generationē. Et primo ostēdit qualia oportet esse percutiens et percussum. secundo quale oportet esse medium. ibi. (Amplius autē.) Dicit ergo primo ꝙ sicut predictum est sonus nō fit ex percussione quorūcunq̄ contingentium corporum. Dictum est enim supra ꝙ pili et spongia et huiusmodi mollia non habent potentiam sonandi: vnde nullum sonum faciunt etiam si percutiantur. Cuius ratio est quia mollia cedunt percutienti: vnde ex percussiōe non extruditur aer: vt sic in eo possit formari sonus ex ictu percutientis: et resistentia percussi. Sed si huiusmodi mollia comprimantur vt aliquam duriciem habeant et resistant percutienti sequitur sonus: licet sonus surdus. Sed es et corpora lenia et concaua sua percussione faciunt sonū: sonum necesse est enim ꝙ illa ex quorum percussione sonus redditur sint dura vt aer extrudatur: que quidem extrusio est causa generationis soni. Requiritur etiam ꝙ sint lenia vt sit aer vnus sicut infra dicetur. Concaua autem etiam percussa bene reddūt sonum: quia in eis intus aer concluditur. Et cū illud quod primo motum est nō possit statim exire percutit alium aerem: et sic ex percussione fiunt multi ictus et multiplicatur sonus. et propter hoc etiam illa que in sui compositione habent aerem bene dispositum: sunt bene sonora. sicut es et argentum. In quorum autē cōpositione aer non bene se habet non sunt bene sonora: sicut plumbus et alia huiusmodi que sunt magis feculenta et terrestria.

¶ Deinde cum dicit.

Amplius auditur in aere et in aqua: sed minus in aqua. Non est autē soni proprius aer neq̄ aqua. Sed oportet firmorū repercussiōe fieri adinuicem et ad aera. Hoc autē fit: cū permaneat percussus aer: et non soluatur: vnde si velociter et fortiter percutiatur: sonat. Oportet enim preoccupare motū ferientis fracturā aeris. sicut si congregationem aut cumulum lapillorum percutiat aliquis latū velociter. Co. 79.

¶ Ostendit quale sit medium in quo generatur sonus. et dicit ꝙ medium in quo sonus auditur est aer et aqua: sed minus audit in aqua quam in aere. vnde proprissimum medium tam in generatione soni quam in auditu est aer. et quia medium in quolibet sensu qualitatibus sensibilibus secundum illum sensum caret vt possit oēs recipere. Manifestum est ꝙ neq̄ aer

neqȝ aqua habent proprium sonum: sed necessarium est ad soni generationem: i aere vel aq̄: ꝙ aliq̄ corpa firma vel solida ꝛ dura percutiāt se iuicē ꝛ pcutiāt aerē: ꝙ amīcȝ simul fiat pcussio solidorū ad iuicē: ꝛ p q̄ns sonus: ꝛ ad hēc contingit cum aer in sua integritate manet vt possit pcuti: ꝛ nō diuidit ante pcussionem. ꝛ ppter hoc videmus ꝙ si aliud tardo motu tangat alterum: non facit sonum: qr prius recedit aer ꝛ dissoluitur q̄ contactus solidorum corporū fiat: sed si percussio fit velox ꝛ fortis tūc fit sonus: qr ad hoc ꝙ fiat sonus oꝫ ꝙ motus pcutientis pueniat diuisionē aeris: vt aer adhuc adunatus sine collectus pcuti possit ꝛ in eo sonus generari. Et est simile sicut cum aliqd velociter fert̄ pcutere pōt aceruū lapidum anteq̄ dissoluatur: qđ non cōtingit si tarde moueatur. ꝛ propter hoc etiam q̄n aliqd velociter fertur ipso aere facit sonum ex suo motu: qr ipse aer adhuc adunatus se hꝫ i ratione pcussi: ꝛ non solum medij.

Deinde cum dicit.

Co.80. Echon autem fit: cum ab aere vno facto propter vas determinans ꝛ prohibens diffundi: iterum aer repellitur sicut spera.

Determinat de secūda gñatione soni que fit p reuerberationē: q̄ qdeȝ sonus vocat̄ echon: primo ergo determinat quō generet̄. scđo ostēdit quō diuersificat̄ i eius generatione. ibi. (Videt̄ aūt.) Cōsiderandū ē autē circa primū ꝙ generatio soni i aere cōsequit̄ motū aeris: vt dictū est. sic aūt cōtingit de immutatione aeris apud generationē soni: sicut de immutatiōe aque cū aliqd i aqua proncitur. Manifestū est. n. ꝙ fiūt quedā regirationes i circuitu aque pcusse q̄ qdē circa locū pcussionis sunt pue ꝛ motus est fortis. in remotis aūt girationes sunt magne ꝛ motus debilior: tandeȝ autē motus totaliter euanescit ꝛ girationes cessant. Si autē anteq̄ motus cesset girationes ille aliquod obstaculum inueniāt fit motus girationis in cōtrariū: ꝛ tanto vehementius: q̄to propinquius fiunt prime pcussioni. Sic igitur intelligendum est ꝙ ad pcussionē corporū sonantiū aer in girū mouet̄: ꝛ sonus vndiqȝ diffundit̄: ꝛ in vicino qdem girationes sunt minores: sed motus fortior. vnde ꝛ sonus fortius pcipitur in remotis autē girationes sunt maiores ꝛ motus debilior ꝛ sonus obscurior auditur: tandē autem deficit totū. Si autem anteq̄ hmōi girationes deficiant fiat reuerberatio aeris sic moti: ꝛ sonum deferentis ad aliquod corpus: girationes reuertent̄ in cōtrariū: ꝛ sic audit̄ sonus. q. ex aduerso ꝛ h̄ vocant̄ echon. quod precipue fit q̄n ad illud obstans ad quod repercutit̄ aer motus est aliquod corpus concauum. q. quoddā vas determinans ꝛ concludens aerē in sua vnitate: ꝛ ideo prohibens ipsum diuidi: tunc. n. ille aer sic vnitus ꝛ cōmotus. qr nō potest vlterius motū protendere ppter corpus obstans percutit iterum aerem a quo percutiebatur: ꝛ fit motus in contrarium sicut accidit cum aliquis proicit pilā que h̄ spera dicitur ꝛ coueniens obstaculum retro silit.

Deinde cum dicit.

Videtur autem semper fieri echon: sed nō certus: qr accidit in sono sicut ꝛ in lumine. Et n. lumē sp repcutit̄: neqȝ. n. fieret penitus lumē: sed tenebra extra solē. sȝ non sic repcutit̄ sicut ab aqua aut aere aut ꝛ ab aliquo alio leniium: q̄re tenebrā facit qua lumen determinamus.

Ostēdit quō diuersimode fit echon. ꝛ dicit ꝙ videtur semp fieri echon. sed nō semper fit certus. i. manifeste pceptibilis. ꝛ h̄ ostendit per simile. dicit. n. ꝙ accidit in sono sicut in lumine: lumen. n. semper repercutit̄: sed q̄n doqȝ quidē est manifesta repercussio luminis: quandoqȝ autē nō. Manifesta quidē est repercussio luminis q̄n repercutit̄ ab aliquo corpore fulgido: ita ꝙ cuȝ quadā claritate fit luminis repercussi simili modo prime luminis emissioni. Immanifesta autem est pcussio luminis q̄n repercutit̄ ab aliquo corpore opaco: qr hmōi pcussio fit sine claritate ꝛ radiorꝫ emissione. nisi. n. a corporibus opacis fieret repcussio radiorum solis: nō fieret lumē penitus. i. in qualibet parte aeris supioris emisperij sed vbiqȝ esset tenebra extra solē. i. extra loca atqȝ directe perueniunt radij solares. nō tū sic repercutitur lumē a corporibus opacis sicut ab aqua vel aere: aut aliquo de numero leuiū corporꝫ ꝛ tersorꝫ a quibus fit repercussio cū claritate ꝛ radiorū emissione. Et ideo qr repcussio q̄ fit a corporibus opacis non est similis repcussioni q̄ fit a corporibus fulgidis. repcussio q̄ fit a corporibus opacis facit tenebrā. i. vmbram ex illa parte vbi determinatur lumen manifestū: quod est ex directa emissione radiorum solariū. Similiter autē q̄n repercussio soni fit ad corpus concauum in quo natus est multiplicari sonus fit echon certus. i. manifeste comprehensibilis. quando autem ad alia corpora fit reuerberatio soni que nō sunt nata multiplicare sonū: non fit echon manifestus.

Lectio decimaseptima.

Co.81. Vacuū autē recte dicitur propriuȝ audiendi. videtur eniȝ esse vacuū aer: hoc autē ē faciēs audire: cū moueat̄ cōtinuus et vnus. sȝ propter id qđ fragilis ē nō sonat. nisi lene sit quod percutitur: tunc autē vnus fit. Simul. n. propter planū: vnum eniȝ est leuis planum. Co.82. Sonatiuum quideȝ igitur quod mobilium vnius aeris continuitate vsqȝ ad auditū.

Postq̄ phylosophus determinauit de generatione soni: hic determinat de immutatione sensus a sono. ꝛ primo quantum ad immutationem medij. secundo quantum ad immutationem instrumenti. ibi. (Auditus autem.) Dicit ergo primo: ꝙ quia medium in sono est aer recte dicitur a quibusdam ꝙ vacuum est proprium sensui auditus: quia videtur eis ꝙ vacuum sit aer. aer autem facit audire sonum cum moueatur existens vnus ꝛ continuus: vt in eo possit formari sonus. Et quia ad hoc ꝙ formetur sonus: necessaria est vnitas ꝛ continuitas aeris: ideo non fit sonus nisi sonabile quod percutitur sit lene. lene enim est: cuius vna pars non supereminet alteri asperum autem: cuius vna pars alteri supereminet. vnde manifestum est ꝙ superficies leuis corporis est simpliciter vna. ꝛ propter hoc aer propter vnitatem plani idest superficiei fit vnus ꝛ simul existens. Si autem corpus non sit lene sed asperum: tunc superficies non est vna. Et quia aer est frangibilis idest facile diuisibilis sequitur ꝙ etiā aer non sit vnus ꝛ cōtinuus: vnde nō pōt in eo formari sonus. Sic igitur patet ꝙ illud est sonans tantum idest faciens sonum quod mouet aerē vnū continuum existentem a se vsqȝ ad auditū. Sic ergo patet ꝙ illi qui dicunt ꝙ vacuum est propriuȝ sensui auditus: dicūt aliqd recte: qr esse ppriū auditus cōpetit aeri quē vacuū esse dicunt: nō autem dicunt recte q̄tum ad hoc ꝙ plenum aere dicunt esse vacuum.

Deinde cum dicit.

Auditus autē cōnaturalis est aeri: propter id autē ꝙ i aere ē moto exteriori quod intra mouetur: ppter quod quidē nō vbiqȝ audit aīal: neqȝ vbiqȝ transit aer. Nō enim vbiqȝ habet aerē mouēda pars ꝛ animatū: sicut pupilla humidū.

Determinat de immutatione auditus a sono quantum ad ipsum organuȝ sensus auditus. Et circa hoc tria facit. primo ostendit ꝙ aer appropriatur organo auditus. secundo ostendit qualis sit aer qui competit organo auditus ibi. (per se quidem igitur.) tertio ostendit quo modo auditus impedit̄: vel nō impeditur ex impedi-

initio organi. ibi. (propter hoc aut et in aqua.) Dicit ergo primo q auditus conaturalis est aeri: ita q sicut humidum aqueum conuenit instrumento visus: ita aer conuenit instrumento auditus. et hoc id. q: si attribuatur aer instrumento auditus sequitur q eadem passio soni erit in aere exterius moto et in aere q mouetur intus: et est instrumentum auditus: et ideo animal non audit in quilibet parte sui corporis: neqz aer sonans generat sonum sine penetrat quamcunqz partem corporis animati. qr animatum non habet in qualibet sui parte aerem: vt quelibet pars eius possit esse mouenda a sono: sicut et animatum non habet humidum aqueum: non vbiqz sed in quadam parte determinata. s. in pupilla.

¶ Deinde cum dicit.

Per se quidez igitur insonabilis aer: propter id quod facile cessabilis est. Cum vero prohibeatur defluere huiusmodi motus sonus est. Hic autem est in auribus edificatus: cum hoc q immobilis sit: quatenus certe sentiat omnes differentias motus.

¶ Ostendit qualis sit aer q appropriatur instrumento auditus. Et dicit q cum omne huiusmodi sonum sit aptum natum resistere percutienti: manifestum est q aer per se non habet sonum: eo q de se non est natum resistere percutienti: sed facillime cedit. prohibetur. n. cessio eius. sine defluxus ab aliquo corpore solido. et tunc cum hoc accidit: motus aeris reddit sonum. dictum est. n. q ad generationem soni oportet fieri percussionem duorum solidorum adinuicem et ad aerem. Sed aer q est conaturalis auditui (est hedificatus) .i. firmiter dispositus in auribus cum hac proprietate: q sit immobilis ad hoc q animal possit sentire per certitudinem omnes differentias motus. sicut. n. humidum aqueum quod est in pupilla caret omni colore: vt possit cognoscere omnes colorum differentias: ita oportet q aer q est intra tympanum auris: careat omni motu ad hoc q possit discernere omnes sonorum differentias.

¶ Deinde cum dicit.

Propter hoc autem et in aqua audimus quoniam non ingreditur ad ipsum conaturalem aerem: sed neqz in aurem propter reflexiones ipsius. Cum autem hoc accidat. non audit. neqz si miringa: sicut q in pupilla pellis laboret.

¶ Ostendit quomodo impediatur auditus ex impedimento organi. Ponit autem duo impedimenta secundum duo q dixit esse necessaria ad organum auditus. Quorum primum est q sit ibi aer. secundum est q ille aer sit immobilis. Primum ergo impedimentum est ex hoc q ipse aer corrumpitur. Et id ex predictis manifestum est: q magis auditur sit ita dubitaret. q aqua non ingrediatur ad ipsum conaturalem aerem quem dixit hedificatum esse in auribus: sed neqz etiam in aurem ingrediatur: quod possibile est propter reflexiones q prohibent introitum aque in aurem. Sed cum hoc accidit q aqua. s. ingrediatur ad naturalem aerem: non audit animal propter corruptionem aeris q est necessarius ad audiendum: sicut etiam si corrumpatur humidum pupille ex immissione alicuius extranei: impeditur visio. et non solum ex corruptione aeris impeditur auditus: sed etiam (si miringa) .i. pellis circundans aerem: aut aliqua pars connexa (laboret) .i. infirmetur: sicut etiam visio impeditur si impediantur pellis pupille: q continet humorem aqueum pupille. Quidam autem libri habent q in aqua non audimus. quod est contra illud quod dictum est q audimus in aere et in aqua: et contra illud quod posset dici in libris de historiis animalium: q animalia audiunt in aqua. licet. n. aqua non ingrediatur ad interiorem aerem: tamen potest eum commouere: et sic imprimere in ipsum speciem soni.

¶ Secundum autem impedimentum auditus ponit ibi.

Sed signum est audiendi: aut non sonare semper aurez sicut cornu. Semper. n. quodam proprio motu aer mouetur in auribus: sed sonus extraneus et non proprius. Et propter hoc debent audire vacuo et sonanti: quia audimus in habente determinatum aerem.

¶ Et hoc impedimentum prouenit ex hoc q aer q est in auribus non est immobilis. vnde dicit q signum per quod potest discerni vtrum aliquis sit boni auditus vel non est q semper audiat tinnitum in auribus et sonum: sicut audit cum apponitur cornu ad aures propter motum aeris in cornu: cum. n. hoc accidit hoc non est boni auditus: qr aer in auribus sic audiens tinnitum: semper mouetur quodam proprio motu: sed ab instrumento auditus sonus debet esse extraneus: et non proprius: sicut instrumentum visus recipit extraneum colorem et non habet proprium: si autem haberet proprium impediret visio. Et similiter si aer q est in auribus habet proprium motum et sonum impeditur auditus. Quia igitur auditus fit per aerem: propter hoc aliqui credentes aerem esse vacuum: dicunt nos audire vacuo et sonanti qr. s. per ipsum q audimus habet aerem determinatum. i. immobilem et distinctum ab aere exteriori. ¶ Deinde cum dicit.

Utrum autem sonet verberans: aut quod verberatur: aut vtrunqz: modo autem altero. Est. n. sonus motus possibilis moueri hoc modo quo quedam saltantia a lenibus cum aliquis traxerit. Non igitur sicut dictum est: omne sonat q verberatur et verberans: vt si obiciatur acus acui: sed oportet quod percussum regulare esse: vt aer subito dissiliat: et moueatur.

Co. 85.

¶ Mouet questionem circa generationem soni: vtrum causa actiua soni sit verberans aut quod verberatur. et determinat q vtrunqz est causa: sed alio et alio modo: qr. n. consequitur sonus motum necesse est q sicut aliquid est causa actiua motus: ita aliquid est causa actiua soni. generatur autem sonus ex motu quo aliquid percutiens propter resistentiam percussi resilit: eo. s. modo quo (saltantia) .i. resilientia mouentur a lenibus duris cum aliquid (ea traxerit) .i. fortiter impulerit. Manifestum est igitur q primum percutiens mouet: et verum percussum maximum facit resilere percutiens: et sic vtrunqz est causa actiua motus. et qr in generatione soni necesse est q quedam resilitio fiat ex resistentia percussi non omne quod verberat et verberatur sonat: sicut dictum est prius. puta si obiciatur acus acui. non fit sonus: sed ad hoc q generetur sonus oportet hoc q percutitur esse regulare. i. esse sic dispositum vt aer subito dissiliat ex eius resistentia et moueatur: et ex tali motu generetur sonus.

¶ Deinde cum dicit.

Differentie autem sonantium in sono secundum actum ostenduntur. Sicut. n. non videntur colores sine lumine: sic neqz sine sono acutum et graue.

Co. 86.

¶ Determinat de differentiis sonorum. et circa hoc. d. f. primo ostendit quomodo percipiantur: secundo quomodo nominentur. ibi. (hec autem dicuntur.) Dicit ergo primo q diuerse res sonantes faciunt diuersos sonos: sed huiusmodi differentie sonantium: secundum q nate sunt facere diuersos sonos: non manifestantur q sonus est in potentia: sed solum q sonus est in actu: sicut enim non videntur colores sine lumine: sic non percipiuntur acutum et graue in rebus sonatiuis nisi fiat sonus in actu. ¶ Deinde cum dicit.

Hec autem dicuntur secundum methaphoram ab illis que tanguntur.

¶ Ostendit quomodo differentie sonorum nominentur: et circa hoc quattuor facit. primo ostendit vnde sumantur nomina sonorum. et dicit q sumuntur secundum methaphoras qualitatibus tangibilibus. Manifestum est enim q acutum et graue inter qualitates tangibiles computantur.

¶ Secundo ibi.

Acutum. n. mouet sensum in pauco tempore multum. Graue autem in multo paucum.

¶ Ponit rationes nominum. et dicit q ille sonus acutus est. qui multum mouet sensum auditus in pauco tempore. grauis autem sonus est qui multo tempore mouet parum.

¶ Tertio ibi.

Neqz tamē velox est acutū: graue autem tardum: sed fit hoc quidem propter velocitatem huius motus: illud autē ꝑpter tarditatē.

¶ Quia predicte ratiões videnť esse velocis ꝛ tardi: velox enim est q̄ in paruo tempore multuz mouetur: tardū autem: qui in multo tempore paruin. Ostendit qualiter se habet acutum ꝛ graue in sonis ꝛ velox ꝛ tardum in motibus ꝛ dicit quod velox non est idem quod acutuz: nec graue in sonis ē idem quod tardum. sicut nec sonus cuius differētie sunt graue ꝛ acutū ē idez ꝙ motus cuius differentie sunt velox ꝛ tarduz. Sed sicut mot⁹ ē cā soni: ita velocitas mot⁹ ē cā soni acuti: ꝛ tarditas mot⁹ ē cā soni grauis: sz hoc ītelligēdū ē cuz son⁹ cāť ab vno motu: cuz āt causať ex pluribus motibus frequentia motuuz ē cā acuti soni: ꝛ tarditas ē cā grauis vt dicit boeti⁹ ī musica. Unde ꝛ chorda magis tensa acuti⁹ sonat: q2 ex vna pte ꝑcussione frequentius mouet. ¶ Quarto ibi.

Et videntur similitudinem habere circa tactum cū acuto ꝛ hebeti: acutū. n. quasi pūgit: hebes quasi pellit. ꝑpter id quod mouet hoc quidem in pauco: illud autem in multo. Quare accidit hoc quidem velox: illud autez tardū eē. De sono igitur sic determinatum sit.

¶ Assimilat differētias sonoꝝ qualitatibus tangibilibus quibus nominantur. ꝛ dicit ꝙ ea q̄ sunt circa tactū habēt similitudinē cū acuto ꝛ hebeti ī sōis q2 acut⁹ son⁹. q. pūgit auditū eo ꝙ ī pauco tpe mouet ipsuz. hebes āt. q. pellit q2 ī multo tpe mouet. vñ vnū eoꝝ accidit cū velocitate motus: aliud cum tarditate. vltimo cōcludit ꝙ sic de sono determinatū sit.

¶ Lectio decimaoctaua.

Co.87. Uox aūt sonus qdam ē animati. In animatorū. n. nullū vocat: sed scdz similitudinē dicať vocare. vt tibia ꝛ lyra: ꝛ quecunqz alia īanimatorū extensionem habent ꝛ melos ꝛ locutionē. Assimilantur. n. quia ꝛ vox hoc habet.

Postq̄ phylosophus determinauit d sono hic determinat d voce q̄ ē spēs soni. Et diuidiť ī ptes duas. In q̄rū pria pmittit q̄dā q̄ sunt necessaria ad diffinitionē vocis. In scda diffinit vocē ibi. (q̄re ꝑcussio) circa pmū. d. f. pmo ostēdit quoꝝ sit habere vocē. scdo qd sit ꝓpriū organū vocis. ibi. (vox āt son⁹.) Circa pmū. d. f. pmo ostēdit ꝙ habere vocē ē animatorū. scdo ostēdit quoꝝ animatoꝝ ibi. (multa āt animaliū.) Dicit g⁹ pmo ꝙ vox ē q̄dā spēs soni: ē. n. son⁹ aīati: nō āt quorūlibz sz quorūdā vt post patebit. Nullū āt īanimatū hz vocē: ꝛ si aliquādo aliqd coꝝ dicať habere vocē: hoc ē sz similitudiē. sicut tibia ꝛ lyra ꝛ huiōi instrumenta dicunť habere vocē. habent. n. tria eoꝝ soni ī qbs assimilāť voci. Quoꝝ pmū ē extēsio. manifestuz ē. n. ꝙ ī corpib⁹ īanimatis ex simplici percussiōe cāťur sonus. vnde cuz ꝑcussio statim trāseat: sonus etiā cito trāsit ꝛ nō cōtineať. Sz vox causať ex ꝑcussiōe aeris ad vocalē arteriā: vt post diceť: q̄ qdē ꝑcussio cōtineať sz appetitū aīe: ꝛ iō vox extēdi pt ꝛ cōtinuari. Illa igiť istria de qb⁹ dictū ē ex hoc ipso ꝙ hñt q̄dā cōtinuitatez ī suo sono: hñt silitudinē vocis. ¶ Scdm āt ī quo assimilanť voci ē melos. i. cōsonātia. son⁹. n. corpis inanimati cū ex simplici ꝑcussiōe ꝓueniat vniformis ē nō hñs ī se diuersitatē grauis ꝛ acuti. vñ ī eo nō ē ꝯsonātia q̄ ex coꝝ ꝓportiōe causať: sz vox diuersificať sm graue ꝛ acutū: eo ꝙ ꝑcussio q̄ causat vocē diuersimode fit sm appetitū aīalis vocē emittētis. vñ cū ī pdictis istris distīctio fit grauis ꝛ acuti ī sono: eoꝝ son⁹ ē cū q̄dā melodia ad silitudinē vocis. ¶ Tertiū ī quo sonus hoꝝ īstrumētoꝝ hz silitudinē vocis ē locutio. ꝛ īterptatio sonoꝝ ad silitudinē locutiōis. mīfestū ē. n. ꝙ hūana locutio nō ē cōtinua. vñ ꝛ ī libro pdicamētoꝝ. n. oratio q̄ ī voce ꝓferť ponit ī spēs q̄titatis discrete. distinguiť. n. orō ꝑ dictiōes: ꝛ dictio ꝑ syllabas: ꝛ hoc accidit ꝑ diuersas ꝑcussiōes aeris ab aīa. ꝛ silr sonus pdictoꝝ istroꝝ distinguiť scdm diuersas ꝑcussiōes: vtpote diuersaꝝ chordaꝝ vel diuersoꝝ flatuū aut aliquorum huiōi. ¶ Deinde cum dicit.

Multa autē animalium vocem nō habēt: vt que sunt sine sanguine ꝛ sanguinem habētium pisces. Et hoc rationabiliter: siquidē motus sonus ē. Sed q dicunť vocare: vt q ī acheleo sonāt brachijs: aut quodam altero huiōi.

¶ Ondit quoꝝ aīatorū sit habere vocē: ꝛ dicit ꝙ ēt multa aīalia sūt q̄ nō hñt vocē: sicut oīa carētia sanguine quorū q̄tuor sunt genera: vt dř ī lib. de aīalib⁹. s. molli q habēt mollē carnē exterius: vt pulpi ꝛ sepie. ꝛ aīalia mollis teste: vt cācri. ꝛ aīalia dure teste vt ostree ꝛ animalia anulosi corpis: vt apes ꝛ formice. ꝛ huiōi. nullū. n. hoꝝ hz sanguinē neqz vocē. Et silr ēt aliqua aīaliū hñtiuz sanguinē nō hñt vocē. s. pisces. ꝛ hoc rōnabilr accidit: q2 son⁹ ē qdā mot⁹ aeris vt supra dictū ē: huiōi āt aīalia nō respirāt aerē: ꝛ iō nō hñt ꝓpriū sonum q sit vox. Sz q̄s aliq pisces dicunť hēre vocē. sic q sunt ī acheleo qd est ꝑprium nomē fluuii: nō hñt ꝓprie vocē: sz faciūt quēdam sonū cū brāchijs qb⁹ expellūt aquā. ꝛ attrahūt aerē aut aliquo istō motus. ¶ Deinde cū dicit.

Co.88 Uox aūt sonus aīalis ē ꝛ nō qualibet parte: sed quoniā omne sonat verberāte aliquo ꝛ aliqd in aliquo: Hoc autē ē aer. rationabiliter vtiqz vocabūt hec sola q̄cūqz suscipiūt aera.

¶ Ondit qd sit organū vocis. Et circa hoc tria facit. primo ondit ꝙ idē ē organū vocis ꝛ respirationis. scdo ondit ꝙ ad qd respiratio sit vtilis. ibi (iā. n. respiratio). tertio ondit qd sit organū respiratiōis. ibi. (organū autē). ¶ Dicit ergo pmo ꝙ q̄uis vox sit sonus aīalis: non tñ cuiuscūqz ptis aīalis sonus ē vox: sed q2 ad generationē soni reqritur ꝙ sit ꝑcussio alicuius ad aliqd ꝛ in aliquo qd est aer rationabile est ꝙ illa sola aīata vocē habeant q̄ aerē respirādo suscipiunt: ꝛ ex eadē parte vnde respirāt. ¶ Deinde cum dicit.

Iā. n. aere respirato vtiť natura ī duo opera: sicut lingua ꝛ in gustum ꝛ locutionē. Quorum quidez gustus necessarius ē: vnde ꝛ pluribus inest. Interpretatio autem est propter bene esse: sic ꝛ spiritu ꝛ ad calorem interiorez tanq̄z necessarium. Causa autez in alijs dicta est. ꝛ ad vocem: vt sit ꝙ bene.

¶ Dicit ꝙ natura vtiť aere respirato ad duo opa: sicut etiam vtitur lingua ad gustum: ꝛ ad locutionem: quoꝝ duorum gustus est necessarius: est. n. discretiuus alimēti conuenientis quo conseruatur animal. ꝛ propter hoc pluribus animalibus inest. Sed īterpretatio q̄ fit ꝑ locutionē est ad hñ esse: ꝛ similiter aere respirato natura vtitur ad mitigationē caloris naturalis: qd est necessariū: ꝛ huius cā dicta est ī libro de respiratione ꝛ expiratione ꝛ vtiť aere respirato ad formationē vocis: qd ē ad hñ esse. ¶ Deinde cum dicit.

Co.89 Organum autem respirationis vocalis arteria est. Cuius autem causa hec pars est pulmo. Hac enim parte plus habent calore pedibus gradientia alijs. Indiget autem respiratione ꝛ circa coꝛ locus primus. Unde necesse est interius respirante ingredi aerem.

¶ Ostēdit qd̄ sit organū respirationis. ⁊ dicit φ organuz respirationis ē vocalis arteria q̄ ē ordinata ad pulmonē: vt ei deseruiat p aeris attractionē. Aer.n.necesse ē vt recipiat̃ i pulmone: qr aīalia gressiua hn̄t i hac pte plus d̄ calore q̄ꝫ i alijs ptib⁹. pulmo.n.ꝯiungit̃ cordi: ī quo est principiū caloris naturalis. ⁊ id͂ locus q ē circa cor: indiget respiratiōe ad refrigeriū caloris naturalis. ⁊ ē ei autē (locus p̄mus:) vel qr ē p̄mꝰ post cor pulmo: r̄pore ei vicinior: vel qr cor ē p̄ma pars aīalis ⁊ q̄tuꝫ ad generationē: ⁊ q̄tū ad causalitatē motus. ⁊ pp hoc necesse est vt aer igrediat̃ ad pulmonē ad refrigeriū caloris naturalis cordis. vel hoc φ dicit φ (in hac pte aīalia pedibus gradiētia hn̄t plus caloris alijs) intelligēdū est alijs aīalibus. Manifestū est.n. φ aīalia hn̄tia sanguineꝫ habent plus de calore naturali: carētibus sanguine. ⁊ in genere habētiū sanguinē: hn̄t pisces minus de calore naturali: ⁊ pp hoc aīalia carentia sanguine. ⁊ pisces non respirant vt supra dictū est. ¶ Deinde cum dicit.

90. Quare percussio respirati aeris ab anima ē: est in his partibus ad vocalē arteriā vox ē.

¶ Ex p̄missis vocis diffinitionē ꝯcludit. Et circa hoc d.f. p̄mo ponit diffinitionem vocis: secundo manifestat eā. ibi. (Nō.n.oīs.) Dicit ergo p̄mo φ qr vox ē sonus aīati: ⁊ ex illa pte qua aerē respirat. oīs aūt sonus ē ex aliqua pcussione aeris: sequit̃ φ vox sit respirati percussio aeris ad arteriā vocalē. q̄ quidē pcussio fit ab aīa que est i his ptibus. i. p̄incipaliter in corde: q̄uis.n. aīa sit ī toto corpe vt est forma aīalis: tñ vis eius motiua est principaliter in corde. Datur autē hec diffinitio p cāꝫ. non.n. vox est percussio sed sonus ex percussione causatus.

¶ Deinde cum dicit.

Non enim omnis animalis sonus vox est sicut diximus. Est enim ⁊ lingua sonare ⁊ sicut tussientes. Sed oportet animatum verberans ⁊ cuꝫ imaginatione aliqua. significatiui enim quidam sonus est vox ⁊ non respirati aeris: sicut tussis. sed isto verberat eum q est in arteria ad ipsam.

¶ Manifestat predictam diffinitionē. Et p̄mo q̄tū ad hoc qd̄ dixerat: φ pcussio vocal'ē ab aīa: sc̄o q̄tū ad hoc φ dixit: φ est aeris respirati: ibi (signū autez.) posuerat enim tria in diffinitione vocis: pcutiēs. s. animā pcussū. s. aereꝫ respiratū: ⁊ ad qd̄ fit pcussio. s. vocaleꝫ arteriā: quorū tertiū supra manifestauerat: vnd̄ restabat φ duo p̄ma manifestaret. Dicit ergo p̄mo φ sicut supra dictum ē: non omnis sonus animalis est vox. contingit enīꝫ linguā facere aliquos sonos: qui tamen non sunt voces: sicut ⁊ tussientes faciunt sonum: qui tamen non est vox: oportet enim ad hoc φ sit vox φ verberans aereꝫ sit aliquid animatum: ⁊ cuꝫ imaginatione ad aliquid significanduꝫ. oportet enim φ vox sit sonus quidam significans: vel naturaliter vel ad placitum: ⁊ propter h̄ dictū est φ huiōi percussio est ab anima. operationes enīꝫ aīales dicuntur que ex imaginatione procedunt: ⁊ sic patet φ vox non est percussio respirati aeris: sicut accidit in tussi: sed id cui principaliter attribuitur causa generationis vocis est anima: que vtitur isto aere scilicet respirato ad verberandū aerem qui est in arteria ad ipsam arteriam: Aer ergo non est principale ī vocis formatione: sed anima que vtitur aere: vt instrumento ad vocem formandam.

¶ Deinde cum dicit.

Signum autem est non posse vocare respirantem neqꝫ expirantem: sed detinentem. mouet.n. isto retinens. Manifestum autem ⁊ quia pisces sine voce. Non enim habent guttur: hanc autem partem non habent: quia nō recipiunt aerem neqꝫ respirant. sed qui dicūt sic: peccāt: pp quā igitur causaꝫ altera ratio ē.

¶ Ostendit aliā parteꝫ diffinitionis. s. φ vox fit pcussio aeris respirati. ⁊ dicit φ signuꝫ huiꝰ ē duplex. vnū qr aīal nō pōt formare vocem neqꝫ dum attrahit aerem respirādo: neqꝫ dum expellit expirando: sed dum retinet aereꝫ: qr dum retinet isto aere retento ⁊ pcutiente aerē existeꝫ ī vocali arteria causat motū ad formationē vocis. Aliud signum est φ pisces non habent vocem: non enim hn̄t guttur: idest vocalem arteriam: ⁊ hanc partem non habent quia non recipiunt aerem neqꝫ respirant. Sed qui dicunt hoc φ pisces respirant peccant: quare autem pisces non respirant. alia ratio est: pertinet enim ad scientiam in qua considerantur particularia accn̄tia aīalium.

¶ Lectio decimanona.

De odore autem ⁊ olfactibili minus bene determinabile est dictis. Non enim manifestum est quale quid sit odor sicut sonus: aut visibile vt lumen. Causa autem est: quia sensum hunc non habemꝰ certum: sed peiorem multis animalibus. praue enim odorat homo. Et nihil odorat odorabilium sine letitia ⁊ tristitia: sicut nō existente certo eo quo sentimus. Rationabile autem sic ⁊ fortes oculis colores sentire. ⁊ non per manifestas ipsis esse differentias colorum nisi terrentium: ⁊ non terrentium: sic autem ⁊ odores hominum genus.

Postq̄ꝫ phylosophus determinauit de visibili ⁊ audibili: nūc determinat d̄ odorabili. ⁊ diuidit̃ ī ptes duas. ī prima determinat de odorabili iq̄ꝫtū sic: ī sc̄da determinat de odorabili s̄m φ immutat sēsuꝫ olfat⁹: ibi. (ē aūt olfat⁹.) Circa p̄mū. d.f. p̄o determīat d̄ odorabili s̄z sc̄da d̄ n̄ odorabili. s̄z φ odoratu pcipit̃. ibi (Adhuc ā.) Circa p̄mū duo facit. p̄mo ostendit difficultatē terminādi de odorabili. sc̄do ostēdit quō accipiat̃ cognitio odorabiliū. ibi (Videt̃.n. ⁊ ana.). Dic̄ ergo p̄o φ n̄ ita hn̄ deteriari p̄t de odorē ⁊ odorabili: sic de p̄dictis sensibilib⁹. s. audabili ⁊ visibili: qr nō maīfestū ē nobis qd̄ sit odor: sic qd̄ ē son⁹: aut qd̄ ē visibile: aut lumen vel aliqd huiōi. ⁊ huiꝰ cām assignat qr sensum odorat⁹ nō hēmus bonū q pspicacter ⁊ p certitudinē cognoscat suū obiectū: s̄z hēmꝰ eū peiorē multis alijs aīalib⁹. Cuiꝰ rō ē. qr cuꝫ instrm̄ sensus debeat eē ꝓportionatū suo sensibili: sicut odor causat̃ ex calido ⁊ sicco. ita ad bonitateꝫ instrm̄ odoratus exigit̃ victoria calidi ⁊ sicci. hō aūt hꝫ cerebrū ī cuius vicino positū ē instrm̄ olfatus maiꝰ oib⁹ alijs aīalib⁹ s̄m ꝓportionē sui corporis: vt ph̄s dicit in lib. de aīalib⁹. vñ cū cerebꝝ sit hūidū ⁊ frigidū ī se ꝯsideratū īpedit̃ ī hoīe bōitas olfatus: ⁊ pp hoc praue odorat hō: ⁊ nihil odorabiliū pcipit nisi qd̄ ē s̄z aliquā excellētiā īducēs delectationem aut contrarium quod contingit propter sensum qui non est perspicax ad certitudinaliter discernendum de suo obiecto: vnde rationabile est φ hominum genus sic se habet ad percipiēdos odores: sicut se habēt animalia habentia duros oculos: vt locuste ⁊ quidam pisces ad percipiendos colores quos propter debilitatem visus ex ineptitudine organi non percipiunt nisi in quadam excellentia prout ex eis ingreditur eis aliquis terror vel eius contrarium.

¶ Deinde cum dicit.

Videtur enim ⁊ analogiam habere ad gustum: ⁊ similiter species humorum cum his que sunt odoris: sed certiorem habemus gu

sum propter id quod ipse quidam tactus e̅ dis. Hunc autem habet homo sensum certissimu̅. In aliis enim deficit ab animalibus multis. Secundum autem tactum differenter certificat. Unde et prudentissimu̅ animalium est. Signum autem in genere hominu̅ secundu̅ sensum ingeniosos esse et non ingeniosos: secundum alium autem nullum. Duri enim carne inepti mente. Molles autem carne bene apti.

¶ Ostendit quomodo innotescu̅t nobis differentie odorum. et circa hoc .d. s. p̅mo ostendit q̅ differentie odorum nobis innotescu̅t p̅ co̅parationem ad differentias sapo̅. secundo ostendit quo̅ respondent differentie odo̅ differentijs sapo̅: ibi. (est aute̅ sicut hu.) Dicit ergo p̅mo q̅ sensus olfactus in homine videtur habere quandam co̅uenientia̅ et proportione̅ ad gustum: et similiter species humo̅. i. saporu̅ ad species odoris. Unu̅quodq̅ aute̅ ignotu̅ cognoscit p̅ id quod e̅ magis manifestu̅. Unde cum species sapo̅ sint nobis maxime manifeste: species odoru̅ que sunt nobis ignote et habent affinitate̅ ad species saporu̅: sub eoru̅ similitudine a nobis cognoscu̅t: species aute̅ saporu̅ sunt nobis manifeste: q̅ sensum gustus habet homo certiorem q̅ alia animalia: q̅ gustus est tactus quidam: tactum autem habet certissimum alijs animalibus: licet in alijs sensibus deficiat a quibusdam animalibus. Sunt enim quedam animalia que melius vident: audiunt: et olfaciunt q̅ homo: sed homo s̅m tactum multum differt i̅ certitudine cognitionis ab alijs animalibus: Unde q̅ homo h̅z optimum tactu̅: sequit̅ q̅ sit prude̅tissimu̅ omnium aliorum animalium. Et q̅ e̅t in genere hominu̅ ex sensu tactus accipit̅ q̅ aliqui ingeniosi sunt vel non ingeniosi: et non s̅m aliquem alium sensu̅: q̅ enim habent duram carnem et p̅ co̅sequens habent malu̅ tactu̅: sunt inepti s̅z mente̅: qui vero sunt molles carne: et p̅ consequens boni tactus sunt bene apti me̅te: vnde e̅t alia animalia habe̅t duriores carnes q̅ homo. ¶ Sed videtur q̅ aptitudo mentis magis respondeat bonitati visus q̅ bonitati tactus: quia visus est spiritualior: sensus et plures differentias rerum demonstrat. Sed dicendu̅ e̅ q̅ duplici ex causa bonitas me̅tis respondet bonitati tactus. Prima ratio est q̅ tactus est fundamentu̅ omniu̅ aliorum sensuu̅. Manifestu̅ est enim q̅ organum tactus diffunditur per totu̅ corpus: et quodlibet instrumentu̅ cuiuscu̅q̅ sensus est etiam instrumentu̅ tactus: et illud ex quo aliquid dicitur esse sensitiuum est sensus tactus: Unde ex hoc q̅ aliquid habet meliore̅ tactum: sequit̅ q̅ simpliciter habet meliorem sensitiuam naturam: et p̅ consequens q̅ sit melioris intellectus. Nam bonitas sensus est dispositio ad bonitatem intellectus. Ex hoc aut̅ q̅ aliquis habet meliorem auditu̅ vel meliore̅ visu̅: non sequitur q̅ sit melius sensitiuus vel melioris sensitiue simpliciter: sed solum s̅m quid. ¶ Alia ratio est. q̅ bonitas tactus consequitur bonitate̅ co̅plexionis siue temperantie: cum enim instrumentu̅ tactus non possit esse denudatum genere tangibiliu̅ qualitatu̅: eo q̅ est ex elementis compositum: oportet q̅ sit in potentia ad extrema: salte̅ p̅ hoc quod est mediu̅ inter ea. ad bona̅ autem complexionem corporis sequitur nobilitas anime: quia omnis forma est p̅portionata sue materie: vnde sequitur q̅ qui sunt boni tactu: sunt nobilioris anime et perspicacioris mentis. ¶ Queritur autem iteru̅ cum tactus sit certissimus sensuum: quare species odo̅ denominantur magis a speciebus sapo̅ q̅ a qualitatibus tangibilibus. Et dicendum q̅ odor et sapor causantur ex determinata co̅mixtione qualitatum elementariu̅: et ideo species odoris magis correspondet speciebus saporis q̅ simplicibus qualitatis tangibilibus.

¶ Deinde cum dicit.

Est autem sicut humor hic quidem dulcis ille vero amarus: sic et odores sunt. Sed alia quidem habent proportionaliter odorem et humore̅. Dico at̅ dulce̅ odorem et dulce̅ humorem: alia vero contrarium. Similiter aute̅ et acer et austerus et acutus et pinguis e̅ odor: sed sicut diximus propter id quod non multum permanifesti sunt odores sicut humores ab his acceperunt nomina secundum similitudinem rerum. Dulcis quidem enim a croco et melle: acer autem a thimo et huiusmodi. eodem autem mo̅ et in alijs.

¶ Ostendit quo̅ species odoris conside̅t speciebus saporis: et dicit q̅ sicut humor. i. sapor quidam est dulcis: et quidam amarus: sic etiam et odores distinguunt̅. Sz sciendum est q̅ quedam habent p̅portionalem odore̅ et saporem. s. dulcem odorem et dulcem saporem. quedam vero per contrarium. s. suauem saporem et no̅ suauem odore̅ vel eco̅uerso. Cuius ro̅ est. q̅ sapor consistit i̅ humido aqueo aliqualiter digesto: odor au̅t consistit in sicco aereo aliqualiter contemperato. Contingit autem quandoq̅ vtranq̅ substantiam. s. z subtilem aeream et aqueam grossiorem s̅m debitam proportionem commixtam esse: et sic est suauitas saporis et odoris. Si vero sit debita p̅portio in vno et non in altero erit in vno suauitas et in alio non. Et sicut dictum est de dulci et amaro q̅ sunt extrema in saporibus que transferuntur ad odores: ita etiam et acetosum et austerum. i. stipticum: aut ponticum et acutum et pingue odoribus attribuu̅tur. Sed licet non semper in omnibus correspondeat odores saporibus: tamen sicut dixi propter hoc q̅ odores non sunt multum manifesti sicut sapores acceperunt nomina odoru̅ a saporibus s̅m similitudine̅ reru̅: q̅ aut in pluribus odores respo̅dent saporibus: dulcis. n. odor et sapor causatur a croco et melle. Acer autem a thimo et a similib̅. Et similiter de alijs odoribus et saporibus.

¶ Deinde cum dicit.

Adhuc autem sicut auditus et vnusquisq̅ sensuum hic quidem audibilis et non audibilis; ille vero visibilis et non visibilis: et olfatus odorabilis et non odorabilis. Non odorabile autem aliud quide̅ secundum id quod omnino impossibile est habere odorem aliud vero paruum habens et prauum. Similiter autem et non gustabile dicitur.

¶ Ostendit etia̅ quomodo no̅ odorabilia odoratu percipiuntur: et dicit q̅ sicut auditus est audibilis et no̅ audibilis: et visus est visibilis et non visibilis: cu̅ sit eadem potentia cognoscitiua oppositoru̅ et priuatio non cognoscitur nisi per habitum: similiter olfatus e̅ odorabilis et no̅ odorabilis: sed non odorabile dicit̅ dupliciter. Aut q̅ o̅io no̅ potest habere odore̅ sicut corpora simplicia: Aut q̅ habet paru̅ de odore aut malum odore̅. Et similiter intelligendum est de gustabili et non gustabili.

¶ Lectio. 20.

Est autem omnis olfatus per mediu̅ vt aerem aut aquam. Et na̅q̅ aquatica videntur odorem sentire. Similiter autem et quecunq̅ cu̅ sanguine et sine sanguine; sicut et que in aere. Et enim horu̅ quedam a longe occurrunt ad alimentu̅: que ab odore mouentur.

Ostq̄ p̄hs determinauit de odorabili: hic determinat de siuutatiōe odoratus ab ipso. Et primo quantū ad mediū. secundo quantū ad organū sensus. ibi. (Est aūt odor sicci.) Circa primū duo facit. primo ostēdit quid sit mediū instrūti odoratus. scd̄o mouet quandā q̄ōnem circa determinata. ibi. (Unde dubium.) Dicit ergo p̄io q̄ sensus olfatus immutat ab odorabili p̄ mediū. s. aerem: aut aquam: z q̄ aer sit medium in olfatu. manifeste apparet: q2 nos p̄ aerē adoramus: vn̄ oportuit manifesta aquā esse medium ī olfatu: qd̄ q̄dē ostēdit per hoc q̄ aīalia aq̄tica odorem sentiunt: nō solum illa q̄ habent sanguinem: sed ēt illa q̄ sanguine carent: sicut z aīalia que viuunt ī aere: qd̄ apparet ex hoc q̄ q̄dā eo2 de longinquo veniunt ad alimentū: qd̄ nō posset esse: nisi inq̄ntū pmouentur ab odore: sicut p3 de vulturibus q ex multis diebus dicunt ad cadauera cōuenire. (Quō aūt odor ad tam remota spacia diffundit: dubitatio est. (Sciendū itaq3 est quosdā posuisse oēs sensus quodā pfici tactu. dicebant. n. oportere q̄ sensus z sensibile se coniungat ad hoc q̄ sentiat. Aīr tn̄ estimabant hoc accidere in visu: z i aliis sensibus: dicebant. n. q̄ ex visu egrediebant linee visuales pgredientes vsq3 ad rem visam: z ex earū ↄtactu visibile videbat. In aliis aūt sensibus dicebāt q̄ ecōuerso sensibile ↄueniebat ad sensum: z q̄ i tactu z gustu hoc manifeste videt accidere. Nā tangibile z gustabile quodam ↄtactu sentiunt: z i auditu ēt idē videt esse. Nā3 aer motus vsq3 ad auditū ↄtingit. Circa olfatū ēt idē esse dicebant: ponebāt. n. q̄ a corpe odorabili resoluat q̄dā fumalis euaporatio: q̄ est subiectū odoris: z ↄueniebat vsq3 ad sensum olfat9. Cā. n. huius aduersitatis hec esse vr̄: q2 antiq non ponebant nec ꝑcipiebant aliqd de immutatione spirituali medii: sed solū de imutatiōe mali. In aliis aūt sensibus apparet q̄dam imutatio nālis in medio: sed nō ī visu. Manifestum est. n. q̄ soni z odores deferunt per ventos vel īpediunt: colores aūt nullo modo. Manifestum est ēt q̄ ↄriorum colo2 spēs p̄ eandē ptem aeris differunt ad visum: sicut cum vnus videt album, alius nigrum simul existes in eodē aere z eodē aere videres p̄ medio. qd̄ q̄dem ī olfatu nō accidit. Nā3 ↄriū odores ēt in medio se īpedire inueniunt. Et iō nō ꝑcipiētes immutationē q̄ mediū imutat a visibili: posuerūt q̄ visus deferat vsq3 ad rem visam: sed q2 ꝑcipiebant ad imutationem q̄ mediū imutat ab aliis sensibus: credebant q̄ alia sensibilia deferrent ad sensum. (Sed manifestum est q̄ hoc in olfatu non pōt accidere. Cum. n. odor cadaueris vsq3 ad q̄nq̄ginta milliaria vel amplius a vulturibus sentiat: impossibile eēt q̄ aliq̄ corpalis euaporatio cadaueris vsq3 ad tantū spacium diffunderet. p̄cipue cū sensibile imutet medium vndiq3 fm eandē distantiā: nisi impediat. Nō aūt sufficeret ad occupandū tantū spacium. ēt si totum cadauer resolueret in fumalem euaporationē: cum sit certus terminus rarefactiōis ad quē corp9 naturale ꝑuenire pōt: q est raritas ignis: z p̄cipue cum p̄ h9i odorem cadauer non appareat sensibiliter imutatum. (Et iō dicendum est q̄ ab odorabili resolui q̄dē pōt fumalis euaporatio: q̄ tn̄ nō ꝑtingit vsq3 ad terminū vbi odor ꝑcipitur: sed imutatur medium spiritualiter vltra quam dicta euaporatio ꝑtingere possit. q̄ āt spiritualis imutatio sit a visibili magis q3 ab aliis sensibilibus. rō ē. q2 visibiles q̄litates insunt corruptibilibus corporibus fm q̄ cōicant cum corporibus incorruptibilibus. vnde hn̄t esse formalius z nobilius q3 reliqua sensibilia que sunt propria corruptibilium corporum.

(Deinde cum dicit.

Unde z dubium videtur: si oīa q̄dē que sub odore sunt similiter odorent. Homo autē respirans odorat: nō respirans quāt sed expirās aut retinēs spūm nō odorat neq3 a lōge neq3 a prope: neq3 si ī nasum intus apponatur: et hoc quidē in ipso positum quo sentitur insensibile esse oībus cōmune est: sed sine respiratione non sentire, ꝓprium est hoīum. Manifestum autē est tentantibus. Quare sanguinem non habentia quoniam non respirant alterum vtiq3 quendam sensum habent preter eos q dicti sunt.

(Mouet dubitationē circa predicta. Et primo obiicit ad vnam partem. secundo ad aliam. ibi. (sed impossibile est.) tertio soluit. ibi. (videt autem.) Dicit ergo primo q̄ cum ēt aq̄tica odorēt p̄ aquā: dubiu3 vr̄ si oīa sentiant q̄si hn̄tia eundē sensum: z vr̄ q̄ nō: q2 hō odorat dum attrahit aerē respirādo: qn̄ aūt nō respirat attrahendo aerem: sed emittendo ip3 expirarando retinet spiritum non odorat: neq3 de longe neq3 de ꝓpe: ēt si poneretur odorabile intus in naso. Sed hoc q̄ sensibile positum supra sensum nō sentiat cōe est oīb9 aliis sensib9 vel aīalib9. Sed q̄ odor non sentiat sine respiratione hoc est ꝓpriū hoīb9: z hoc manifestum est si q's tentare voluerit: vnde cum aīalia nō hn̄tia sanguinē nō respirent: videt q̄ habeant aliū sensum preter olfatum z alios sensus q dicti sunt in hoīe. (Deinde cum dicit.

Sed impossibile est siquidē odorē sentiūt. Odorabilis. n. sensus z mali odoramēti z boni odoramēn olfatus est. Amplius āt z corrūpi videnī a fortib9 odorib9 ex q̄b9 hō corrūpitur: vt asphalto sulphure z h9i. olphatū q̄dē igit hēre necessariū ēt sed non respirātia. Co. 99.

(Obiicit in ↄtrariū duab9 rōnibus. prima rō ē. q2 sensus distinguunt fm sensibilia. vn̄ cum sensus olfatus sit sensus odorabilis. s. boni z mali odoramenti: z h̄ cōtingat tā ab hoīe q3 ab aīalibus aliis nō r̄spirātib9: seq̄t q̄ idē sensus olfatus sit ī hoīe z ī aliis aīalib9. Alia rō ē. q2 eiusdem sēus eadē sunt corruptiua: nō. n. visus corrūpit aliqd a sonis: neq3 audit9 a colorib9. S3 sēus aīaliū non respirantiū videnī corrūpi a grauib9 odorib9 z excellentibus ex q̄b9 sēus hoīs corrumpit. s. ab asphalto qd̄ est q̄dā ↄfectio ex succis herba2 z a sulphure z ab h9i. ergo alia aīalia hn̄t sensum olphat9 sicut hō. l3 non respirent.

(Deinde cum dicit.

Uidet āt hoib9 differre hoc sensitiuum ad q̄ aliorū aīaliū: sicut oculi ad ea q̄ duorum oculorū sunt. Co. 100. Hec q̄dē. n. hn̄t phragma z sicut velamen palpebras q̄s aliquis nō mouēs neq3 retrahens nō videt: forma autē oculis nihil h9i hn̄t. sed mox vident q̄ fiunt ī lucido: sic igitur z odoratiū aliis q̄dē sine operculo est: sicut oculis: aliis vo aerē recipientib9 hēre cooperimentū: qd̄ respirantibus discooperit amplias venis z poris: z ꝓp hoc respirantia nō odorant ī aqua. necessariū. n. est odorē pati respirantia: hēat aūt facere in humido ipossibile.

(Soluit questionē q2 ista diuersitas ī modo respirādi nō ē ex diuersitate sensus: sed ex diuersa dispositione organi. organum. n. olfatus in hoīe differt ab organis alio2 aīalium: sicut oculi hoīum differunt ab oculis duris quorundam aīalium. oculi. n. hoīum hn̄t q̄dā ꝓtegmina. i. palpebras ad cooperiendū. s. palpebras: vn̄ hō n̄. pōt videre nisi quodā motu palpebre retrahātur: qd̄ n̄ accidit ī aīalibus hn̄tibus duros oculos s3 statim vident ea quo2 spēs sunt ī diaphano: ita ēt z in aīalibus nō respirantibus: ov-

gantum odoratus est sine operculo: sed i aĩalibus respirãtibus hẽt quoddã coopculum: qd oz aperiri ampliãdo poris p respirationem: ⁊ iõ aĩalia respirantia non odorant in aq̃: qꝛ oz ꝙ patiant ab odore respirando: qd nõ potest fieri in aqua. ℭ Deinde cum dicit.

Est autem odor sicci sicut humor humidi. Odoratiuũ autẽ sensitiuum potentia hmõi ẽ.

ℭ Determinat de mẽdio olfatus: ⁊ dicit ꝙ odor fundat̃ i sicco sicut sapor in humido: organum aũt odoratus oportet esse i potentia ad odorem ⁊ ad siccum: sicut organũ visus est in potentia ad colores ⁊ ad lucem.

ℭ Lectio vigesima prima.

T.101 Gustabile aũt est quiddã tangibile ⁊ hͣ
g est cã q̃re ñ sit sensibile p mediũ extraneũ corpus. Neqȝ.n.tactus ⁊ corpus ĩ quo ẽ humor quod ẽ gustabile ĩ humidio sicut i materia. Hoc aũt quiddam tangibile.

Lec.2. ꝙ antiq phi nō credebant aliquā deceptionē eē. ponebāt. n. ꝙ oīa q̄ videnē sunt vera vt supra dictū ē: ⁊ iō nō oportebat ꝙ assignarēt cām deceptionis: alio mō pōt rn̄deri ꝙ ex h̄ ipo qđ dicebāt cām cognitionis eē ex h̄ ꝙ aīa tangit id ꝙ ē sibi sile datur itelligi ꝙ cā deceptōis sit h̄ ꝙ aīa tāgit sibi dissimile. Hoc ē ergo ꝙ ꝯcludit ꝙ q: antiq ; hi non assignauerūt cām deceptōis aīe necesse ē ꝙ aut oīa q̄ videnē vera sint: vt qdā dixerūt: aut ꝙ tactus quo aīa
Lec.12. tāgit rē dissimilē sit deceptōis cā: tāgere. n. dissimile videtur esse ꝯrarium ad cognoscere sibi simile. pmū autē reprobatum est in quarto metaphysice.

Unde procedit ad inquirendum ſm cū dicit.

Videtur autem ⁊ deceptio ⁊ scientia contrariorum eadem esse.

Manifestū est. n. ꝙ dissimile ⁊ simile sunt ꝯraria sz circa contraria eodē mō se hz hō ad cognitionē ⁊ deceptionem: quia qui cognoscit vnum contrariorum cognoscit ⁊ aliud: ⁊ qui errat in vno errat in alio. Et hoc est ꝙ dicit ꝙ scientia ⁊ deceptio videt̄ eadez esse contrarioꝝ: non ergo est possibile ꝙ tactus rei similis sit cā vere cognitionis: ⁊ tactus rei dissimilis sit cā deceptionis: quia tunc esset scientia de vno ꝯrarioꝝ: ⁊ deceptio de alio.

Deinde cum dicit.

Co.152. Quod quidem igitur non idem sit sapere ⁊ sentire: manifestum est: hoc quidem. n. in oībus est: illud autem in paucis aīalium ē.

Improbat positionem ostendens ꝙ neq3 sapere neq3 intelligere est idem ꝙ sentire. hec enim duo intellectiue cognitioni attribuuntur: intellectus enim hz iudicare ꝙ h̄ dicitur sapere: ⁊ apprehendere ꝙ hoc dicit̄ intelligere. Primo ergo oñdit: ꝙ sentire nō sit idē ꝙ sapere tali rōne. Sentire inest oībus aīalibus. sapere aūt non inest oībus sz paucis: ergo (sapere) non est idem qđ sentire. Dicit aūt ꝙ sapere inest paucis animalium: ⁊ non ꝙ insit solis hominibus: q: etiam quedam animalia partici-

pant aliquid prudentie ⁊ aliqd sapiētie. s. ꝙ recte iudicāt de agēdis ꝑ estimatione in nālem. Secūdo ibi.

Sed neq3 intelligere in quo est ⁊ recte ⁊ non recte. Recte quidem prudentia ⁊ scientia aut opinio vera. Non recte autem contraria horum. Neq3 hoc est idem cum ipso sentire. Sēsus qdē. n. propriorū semper verus est: ⁊ in omnibus inest animalibus. Intelligere autē contingit ⁊ falso: ⁊ nulli inest cui nō ⁊ rō.

Probat qđ intelligere nō sit idē qđ sentire per duo media. Quorum primū tale est. Intelligere ꝯtingit recte ⁊ nō recte: recte qdē ꝯtīgit intelligere sz sciam que ē speculabiliū ⁊ necessarioꝝ: vel ſm prudentiā q̄ est recta rō ꝯtingentiū agibiliū: vel ſm opionem verā q̄ se hz ad vtrunq3: nō tñ determinate ad alteꝝ oppositoꝝ: sicut scia ⁊ prudētia: sed ad vnū cū formidie alteri⁹ (Nō recte) autē ꝯtingit intelligere. sz eoꝝ ꝯria. s. ſm fālam sciam ⁊ scđm iprudentiā ⁊ scđm opionem fālam. Sētire aūt non ꝯtingit nisi recte. q: sensus circa ꝑpria sēsibilia semꝑ ver⁹ est: ergo sentire ⁊ intelligere nō sunt idē. Et q: posset aliqs dicere ꝙ recte intelligere sit idē qđ sentire: iō adiūgit aliđ mediū ad h̄ excludēdū ꝙ tale sentire (iest oībus aīalib⁹) itelligere āt nō: sed solis illis qbus inest rō. s. hominibus q ꝑ inqsitionem rōnis apprehensionē veritatis intelligibilis ꝯsequunē q̄uis sbē sepate q̄ sūt altioris itellectus statim absq3 inqsitione veritatis intelligāt: ergo ⁊ recte intelligere n̄ idē est ꝙ sentire. Deinde cū dicit.

Co.15[illegible] Phātasia. n. alterū est ⁊ a sensu ⁊ ab itellectu. Et hec n̄ fit sine sensu: ⁊ sine hac n̄ ē opio.

Ostendit ꝙ opio q̄ seqtur intellectū sit aliud a phantasia que seqtur sensum ⁊ circa h̄. d. f. ꝑmo oñdit qđ phātasia nō est opinio: scđo inquirit qđ sit phātasia. ibi. (De eo aūt qđ est itelligere.) Circa ꝑmū tria facit. ꝑmo ꝓponit qđ intēdit ⁊ dicit qđ ex h̄ āt apparet qđ sensus ⁊ itellect⁹ differunt. q: phātasia aliud est a sensu ⁊ ab intellectu: ⁊ tñ phantasia non fit sine sensu: q: ꝯsequit̄ sensū: vt postea dicet̄: ⁊ sine phātasia n̄ fit opio ita. n. vr̄ se hēre phātasia ad sensū3 sicut opio ad itellectū. In reb⁹ āt sensibilibus cū aliqd sentimus asserim⁹ sic esse. Cū aūt ſm phātasiaz aliquid vr̄ nō asserim⁹ sic esse: sed sic videri vel apparere nobis a visiōe. n. vel apparitione sumitur nomen phātasie: vt infra dicet̄. Et silr circa itelligibilia cū aliquid
Te.c[illegible] intelligim⁹ asserim⁹ sic esse: cū aūt opinamur dr̄is sic vidri vel apparere nobis: sicut. n. itelligere requirit sensū: i. a ⁊ opinari requirit phātasiā.

Secundo ibi.

Quod autem nō est eadez phantasia ⁊ opinio manifestum: hec quidem. n. passio in nobis est: cum volumus. Pre oculis eniz est facere sicut in recordatiuis positi ⁊ idolum sunt facientes. Opinari autem non in nobis est. Necesse enim falsum aut verum dicere.

Probat qđ nō sit idē opio ⁊ phātasia duab⁹ rōibus. quaꝝ pma talis ē. passio phātasie est i nobis cū volumus q: i ꝑtāte nostra est formare aliquid. q. appens aū oclos nostros: vt mōtes aureos vel quicquid volum⁹: sicut pz de illis qui recordantur ⁊ formant sibi idola eorum que sibi videntur ad votum: sed opinari non est in potestate nostra: q: necesse est qđ opinans habeat ratonē per q̄ opinetur vel verum vel falsum. ergo opinio non est idē qđ phantasia.

Secundam rationem ponit cum dicit.

Co.15[illegible] Amplius autem cum opinamur difficile aliquid aut terribile statim compatimur. Similiter autem est ⁊ si confidendum. Secun-

dum phantasiam autem similiter nos habe- mus sicut si essemus considerantes in pictu- ra difficilia et confidentia.

¶ Que talis est. Opinionem statim sequitur passio in appe- titu: quia cum opinamur aliquid esse graue vel terribile sta- tim compatimur tristando vel timendo. Et similiter si sit aliquid confidendum .i. de quo aliquis debeat confidere et sperare: stati- sequitur spes vel gaudium. Sed ad phantasiam non sequitur pas- sio in appetitu: quia dum aliquid apparet nobis secundum phantasiam sic nos habemus ac si consideremus in pictura aliqua terribilia vel sperabilia: ergo opinio non est idem quod phantasia. Huius autem differentie ratio est: quia appetitus non patitur neque mouetur ad sim- plicem apprehensionem rei qualem proponit phantasia. Sed oportet quod ap- prehendatur sub ratione boni vel mali conuenientis vel nociui: et hoc facit opinio in hominibus componendo vel diuidendo dum opinatur hoc esse terribile vel malum: illud autem esse sperabile vel bonum: phantasia autem non componit neque diuidit: patitur tamen appetitus animalium ab estimatione naturali que hoc operatur in eis quod opinio in hominibus.

¶ Tertio ibi.

Sunt autem et ipsius acceptionis differen- tie scientia et opinio et prudentia et contraria horum: de quorum differentia altera sit ratio.

¶ Dicit quod cum ad intellectualem acceptionem multa pertineant .s. scientia: prudentia: opinio: et contraria horum: de horum differentia non est hoc agendum: sed alibi .s. in .vi. ethicorum.

¶ Lectio quinta.

Co.155 De eo autem quod est intelligere quo- niam alterum est ab eo quod est sen- tire. Huius autem aliud phantasia esse videtur: aliud opinio. De phantasia de- terminantes sic et de altero dicendum est.

Postquam philosophus ostendit quod phantasia non est opinio hic incipit inquirere quid sit. Et primo di- cit de quo est intentio. secundo prosequitur ibi. (Si igitur phantasia.) Dicit ergo primo quod cum consideratum sit quod intelligere est aliud quam sentire: et ad vnum horum pertineat opinio .s. ad intellectum: ad aliud autem phantasia .s. ad sensum. Postquam de- terminatum est de sensu: dicendum est de phantasia: vt sic postmodum determinetur de altero scilicet de intellec- tu et opinione. ¶ Deinde cum dicit.

Si igitur phantasia est secundum quam phantasma aliquod nobis fieri dicimus: et si non aliquid secundum methaphoram dici- mus vna quedam potentia est harum aut ha- bitus secundum quam discernimus: aut ve- rum aut falsum dicimus: huiusmodi autem sunt sensus opinio: scientia: et intellectus.

¶ Prosequitur intentum et circa hoc duo facit. primo ostendit quod phan- tasia non est aliqua potentiarum vel habituum manifestorum quibus discernimus vel iudicamus verum et falsum. secundo ostendit quid sit. ibi. (Sed quoniam ac- cidit motus.) Circa primum tria facit. primo distinguit potentias et habitus quibus aliquid discernitur. secundo ostendit quod phantasia non est aliquid eorum. ibi. (Quod quidem igitur non sit sensus.) tertio ostendit quod non est aliquid compositum ex eis. ibi. (manifestum igitur quoniam.) Di- cit ergo primo quod cum phantasia sit secundum quam dicitur nobis fieri aliquod phantasma idest aliquid apparibile: nisi forte accipiamus phantasmata methaphorice: necesse videtur quod sit aliquid de numero habituum vel potentiarum cognoscitiuarum quibus di- scernimus vnum ab alio: aut quibus circa aliquid dicimus verum vel falsum: secundum hoc quod erramus vel non erramus: nam apparere est ali- quid discernere et dicere verum vel falsum: potentie autem vel habitus quibus discernimus et dicimus verum et falsum videntur esse hec quattuor: sensus: intellectus: opinio: et scientia. vnde videtur quod phantasia sit aliquid horum quattuor. ponit autem hec quat-

tuor quia sunt nota. alia autem que ad cognitionem videntur pertinere nundum erant suo tempore per certitudinem scita. ipse autem iam superius distinxit intellectum a sensu. vnde preter sensum connumerat tria alia .s. intellectum: opinionem: et scientiam. Et videtur quod intelle- ctus non accipiatur hic pro potentia. sic enim contra intellectum non diuiderentur scientia et opinio que ad potentiam intellecti- uam pertinent. Sed intellectus accipitur pro certa appre- hensione eorum que absque inquisitione nobis innotescunt: sicut sunt prima principia. Scientia vero pro cognitione eorum de quibus cer- tificamur per certitudinem vel inuestigationem rationis. Opinio autem pro cognitione eorum de quibus certum iudicium non habemus. Unde etiam dicit quod phantasia est habitus vel potentia de nume- ro eorum. ad ostendendum quod inter hec aliquid est vt potentia et aliquid vt habitus. Cognoscere autem possumus quod hec quattuor apprehensionis principia apud antiquos nota erant: ex posi- tione platonis superius in .i. li. posita: qui solum hec quattuor Lec. 8. ad numeros reduxit attribuens intellectum vnitati: scientiam dualita- ti: opinionem triario: sensum quaternario. ¶ Deinde cum dicit

Quod quidem igitur non sit sensus: ma- Co.156 nifestum ex his est. Sensus quidem enim aut potentia aut actus est: vt visus et visio: phanta- siatur autem aliquid et nullo horum existente vt que in somnis.

¶ Ostendit quod phantasia non est aliquid dictorum. Et circa hoc tria facit. primo ostendit quod non sit sensus: secundo quod non sit intelle- ctus sine scientia. ibi. (At vero quia semper.) tertio quod non sit opinio ibi. (relinquitur igitur.) Circa primum tria facit. primo ostendit quod phantasia non sit sensus neque secundum potentiam neque secundum ac- tum et ratio est talis. Dormiens aliquid phantasiatur: hoc autem non sit secundum sensum in potentia: quia sensui in potentia existenti nihil ap- pareret: nec secundum sensum in actu: quia in somno non est sensus in actu: ergo phantasia non est sensus in potentia neque sen- sus in actu. ¶ Secundo ibi.

Postea secundum potentiam sensus qui- dem semper adest viuentibus et non orbatis phantasia autem non.

¶ Ostendit quod phantasia non sit sensus in potentia et est ratio ta- lis sensus in potentia semper adest animali. phantasia autem non semper eum non semper animali aliquid appareat: ergo phantasia non est sensus in potentia. ¶ Tertio ibi.

Si vero ei quod actu idem: omnibus vti- contingere bestiis phantasiam inesse: vide- tur autem non bestiis: vt formice aut api aut vermi.

¶ Ostendit quod phantasia non sit sensus secundum actum quattu- or rationibus. quarum prima talis est. sensus secundum actum conuenit omnibus bestiis .i. animalibus irrationalibus si igitur phantasia esset idem quod sensus in actu sequeretur quod inesset omnibus animalibus irrationabilibus: hoc autem non est verum: non enim inest formice aut api. aut vermi. ergo phantasia non est sensus secundum actum. ¶ Considerandum est autem quod omnia animalia habent quodammodo phantasiam: sed animalia imperfecta habent phantasiam indeter- minatam sicut infra dicet philosophus. ¶ Sed hoc non videtur verum de formica et api in quarum operatione plurimum pruden- tie apparet. ¶ Sed sciendum est quod opera prudentie formica et apis operantur naturali inclinatione: non ex hoc quod habeant phan- tasiam determinatam et distinctam a sensu. non enim phantasian- tur aliquid nisi dum mouentur a sensibili. quod autem operantur propter finem que quasi prudentes in futurum non contingit ex hoc quod habeant aliquam imaginationem ipsius futuri. sed imaginantur actus presentes qui ordinantur ad finem ex naturali inclina- tione magis quam ex apprehensione. Illa autem anima- lia dicit philosophus phantasiam habere: quibus ali- quid secundum phantasiam apparet: etiam dum non actu sentitur. ¶ Secundam rationem ponit ibi.

Postea hi quidem veri semper: phan- tasie autem plures false.

¶ Que talis est sensus secundum actum semper sunt veri: non enim sensus decipitur circa proprium sensibile: sed phantasie

vt plurimum sunt false: non .n. rñdit res imaginationi vt plurimū ergo phantasia non ē sensus secundum actum.

¶ Tertiam rationem ponit ibi.

Amplius autem non dicimus: cum operemur certe circa sensibile: quoniā videt̄ hoc nobis homo: sed magis cum non manifeste sentimus: tunc ⁊ aut verus aut falsus.

¶ Que talis est. Cū opatur cū certitudine circa sensibile actu .s. ipsum sentiēdo non dicimus ꝙ h̄ videtur nobis homo: sed magis h̄ dicimus cū nō manifeste sentimus: sicut cum a remotis aliqd videmus: vel cū videmus aliquid in tenebris. Et tūc sensus s̄m actū aut est verus aut est falsus. circa sensibile .n. p accidens cuiusmodi sensibile est hō: nō semp sensus est verus: sed qñqꝫ decipitur. Addit aūt hoc vt oñdat cōuenientiam inter sensum nō manifestum ⁊ phantasiam: que ēt qñqꝫ est vera qñqꝫ falsa ē. cū autem manifeste aliquid phantasiamur: dicimus ꝙ h̄ videtur nobis hō ⁊ non ꝙ per certitudinem sit homo. ergo phantasia non est idem ꝙ sensus in actu.

¶ Quartam rationem ponit ibi.

Et quod quidem diximus apparent ⁊ dormientibus visiones.

¶ Que talis est phantastice visiones apparent dormientibus in eis aūt nō est sensus s̄m actum: ergo phātastica visio non est sensus secundū actū. ¶ Deinde cū dicit.

Co.157. At vero neqꝫ semper vera dicennium neqꝫ vna erit. vt scientia aut intellectus. Est eniꝫ phantasia ⁊ vera ⁊ falsa.

¶ Oñdit ꝙ phātasia nō sit itellectus: neqꝫ sciā. itellectus .n. p̄mor̄ pncipior̄ ⁊ sciā de cōclusionibus per demonstrationē acqsita: sp̄ sunt veror̄: phātasia āt qñqꝫ ē falsa ergo phātasia nō ē itellect⁹ neqꝫ sciā. ¶ Deinde cū dicit.

Relinquitur igitur videre si opinio sit. Fit enim ⁊ opinio ⁊ vera ⁊ falsa. Sed opinioni quidem inheret fides. Non enim contingit opinantem de quibus non videtur credere. Bestiarum autem nulli inest fides: phantasia autem multis.

¶ Oñdit ꝙ phātasia nō sit opinio qḋ magis videbatur: qꝛ opinio ēt qñqꝫ ē falsa sicut phātasia. Oñdit āt hec duabus rōnibus. Pria quarum talis ē Opinionē seqt̄ fides nō .n. v̄ ē cōueniēs: ꝙ aliqs nō credat id qḋ opinat̄: ⁊ sic cū nulla bestia hēat fidē: nulli bestiar̄ inerit opinio. s; phātasia inest multis bestiarum vt dein̄ ē. ergo phantasia nō est opinio. ¶ Secundam rationē ponit ibi.

Amplius si omnem opinionem consequatur fides: fidem autem suasum esse. suasionem autem ratio. Bestiarum autem quibusdam phantasia inest ratio vero non.

¶ Que talis est ad omnem opinionem consequitur fides qꝛ vnusquisqꝫ credit illud quod opinatur. vt dictum est: sed ad fidem sequit̄ ꝙ aliquis sit persuasus: ea .n. credimus que nobis persuasa sunt: ad psuasionem autem sequitur ratio secundum ordinem illationis: qꝛ p aliquam rōnem aliquid aliens suadet̄: ergo de p̄mo ad vltimum quicūqꝫ habet opinionē: hēt rōnem: nulla autē bestia h; rōnem: cū tñ aliqua hēat phantasiā: ergo phātasia non est opinio. Et manifestum est ꝙ hec secunda ratio inducitur ad confirmandū p̄mam cōstum ad hoc quod prima supponebat: ꝙ nulla bestia h; fidē. ¶ Deinde cū dicit.

Co.158 Manifestum igitur quoniam neqꝫ opinio cum sensu neqꝫ per sensum neqꝫ complexio opinōis ⁊ sensus erit phantasia, ppter h̄.

¶ Ostendit ꝙ phantasia non est aliquid compositum ex premissis: ⁊ precipue ex sensu ⁊ opinione: ex quib⁹ magis posset videri esse composita. Et circa hoc tria facit. p̄mo ponit quod intendit. q ex premissis cōcludens. Dicit ergo primo ꝙ qꝛ phātasia neqꝫ est sensus neqꝫ opinio manifestum ppter hoc esse potest ꝙ phantasia nec opio est cū sensu: ita ꝙ essentialiter sit opinio: ⁊ habeat sensuꝫ concomitantem. neqꝫ opinio est per sensum: ita ꝙ essentialiter sit opinio: sed ⁊ habeat sensum causantē: neqꝫ est complexio opinionis ⁊ sensus: ita ꝙ essentialiter cōponatur ex vtroqꝫ: non autem addit ꝙ nō sit phantasia sensus cum opinione: qꝛ phantasia magis videtur cōicare cum opiniōe q̄ pōt esse falsa: q̄ cū sensu qui ē semper ver⁹.

¶ Secundo ibi.

Et manifestum ꝙ non alia quedam est opinio: sed illa que quidem cuius est ⁊ sensus. Dico autem ex albi opinione ⁊ sensu cōplexio phantasia est. Non enim ex opinione quid est albi: ex sensu autem boni. Apparere igitur est opinari: quod quidem sentitur non secundum accidens.

¶ Ostendit qualiter oportet accipi opinionē si phantasia complectitur opinionem ⁊ sensum: qꝛ enim phātasia est vnius ⁊ eiusdē: manifestum est ꝙ opinio adiūcta sensui qui est phantasia: non est alia qdam opinio: sed illa q̄ est de eodem de quo est sensus. sicut si dicamus ꝙ phantasia est quedam complexio ex opinione albi ⁊ sensu eiusdem: nō .n. potest esse composita ex opinione albi ⁊ sensu boni: qꝛ sic phantasia non esset de vno ⁊ eodem: oportet igitur si phantasia est ex complexione opinōis ⁊ sensus: ꝙ apparere aliquid secundum phantasiaꝫ: nihil aliud sit q̄ꝫ opinari aliquid ideꝫ quod sentitur per se ⁊ non secundum accidens. ¶ Tertio ibi.

Apparent autem ⁊ falsa: de quibus simul acceptionem veram habent: ⁊ videtur sol vnius pedis: sed creditus est maior esse habitatione. Accidit igitur aut abiicere sui ipsius veram opinionem quam habebat saluatam saluare non oblitum neqꝫ decredentem: aut si adhuc habet: eandem necesse veram ⁊ falsaꝫ. Sed falsa facta est: cum lateat transcendens res. Non ergo vnum aliquod horum est: neqꝫ ex his phantasia. Co.15[9]

¶ Destruit predictam positionem tali ratione. Contigit aliquando ꝙ aliqua falsa apparent secundum phantasiam que est a sensu: ⁊ de illis ⁊ de eisdem rebus homo habet veram opinionem. sicut secundum sensum apparet: ꝙ sol non excedit quantitatem vnius pedis quod falsum est: sed secundum veram opinionem creditur esse maior (habitatione) idest tota terra in qua habitamus: si enim apparitio ipsa falsa sit idem ꝙ opinio cum sensu: oportet alterum duorum dicere: quorum vnum est ꝙ in ista compositione opinionis ad sensuꝫ aliquis abiciat veram opinionem quaꝫ prius habebat: re opinata (saluata) idest eodem modo manente: ⁊ ille qui abiicit opinionem non sit oblitus: neqꝫ ꝙ decredat ꝙ est impossibile: istis enim tribus modis aliquis abiicit veram opinionem: primo quando res mutatur: sicut cum aliquis vere opinatur ꝙ socrates sedet: eo sedente s; postq̄ꝫ socrates sedere destiterit: si retineat opinionem eandem vera opinio mutatur in falsa. Secundo quando desinit opinari quod prius opinabatur: propter hoc quod est p̄stine opinionis oblitus. Tertio quando desinit opinari quod prius opinabatur quia decredit quod prius credebat immutatus propter aliam rationem. ꝙ aut aliquis amittat opinionem nullo istor̄ contingēte est impossibile

quod contingeret in proposito. ¶ Aliud autem quod oz dicere si primum nō dicat est φ aliqs retineat cum falsa opīone verā opinionē: τ sic si ipsa apparitio est ipsa opinio: qd necesse est ponere: si phātasia ē opinio: sequitur φ eadē apparitio sit vera τ falsa: sed oz si vera falsa facta ē. Et nō sit vera φ res (transcendēs) .i. transmutata ab eo qd prius erat lateat opinantē: qr si nō lateret eū: simul cū mutatione rei mutaret opinio: τ non esset eius opinio falsa: hoc autē admittit ad exponēdū quod prius dixerat de saluatione rei. ¶ Cōcludit ergo φ phantasia neqz est quid p̄dictorū quattuor: neqz est cōpositio ex his.

¶ Lectio sexta.

Co.160. Sed quoniam accidit moto hoc moueri alterum ab hoc: phātasia autez motus videt eē: τ nō sine sensu fieri: sed in his que sentiunt: τ quorum sensus est: est autem motum fieri ab actu sensus: τ hūc similem necesse est esse sensui: erit vtiqz phantasia ipsa motus nō sine sensu contingēs. Neqz non sentiētibus inesse: τ multa est secundū ipsam facere τ pati hñs τ esse veram τ falsaz.

Ostēsō pħs ondit: φ phātasia nō est aliqd illoꝝ q̄ttuor: q̄ ab antiqs ad cognitionē ptinere ponebant: Hic inquirit qd sit phātasia. Et diuidit i partes duas. In prīa ondit qd sit phantasia. In secunda assignat rationem eorūz q̄ ad phantasiā pertinent. ibi. (Hoc autē accidit.) Ad inuestigādū ē qd sit phātasia hoc mō pcedit: prio. n. ppōit φ si aliqd ē motū ptigit φ ab eodē aliqd aliō moueat. oñsuz ē. n. i. viij. phy. φ ē duplex mouēs. s. mouēs imobile: τ mouēs motuz. qd. s. mouet i eo qd mouet: ¶ Deinde ponit φ phantasia est qdam motus sicut. n. sentiens mouet a sensibilibus: ita in phantasiando mouetur a quibusdā apparētibus: q̄ dicunt phantasmata. Ulterius ponit affinitatē quā hz phantasia ad sensum: quia phātasia nō pōt fieri sine sensu: sed est tantū in habentib⁹ sensum. s. in aīalibus τ est illorū tantū quorum est sensus ez illorū q̄ sentiunt. ea. n. q̄ sunt intelligibilia tātū nō cadunt i phātasiā. ¶ Deinde ppōit φ ab actu sensus contingit quēdā motū fieri: qd qdē sit manifestū ex eo quod prio pponebat. s. φ ab eo qd ē motum ptingit moueri alterū. Sensus aūt ƒm actū sit ex eo φ mouet a sensibilibus: vñ relinqtur φ a sensu ƒm actū causet aliqs motus. Ex quo ēt manifestū ē qr motus causat ab actu sensus: necesse est φ sit silis sensui: qr oē agēs agit sile sibi. vnde τ illud qd mouet īquātū mouet causat motū similē moui: quo ipsum mouet. Ex oībus āt his cōcludit φ phātasia sit qdā motus causat⁹ a sensu ƒm actū qui quidē motus nō est sine sensu: neqz potest inesse his q̄ nō sentiunt: qr si aliqs motus sit a sensu ƒm actū similis motui sensus: τ nihil aliud nisi phātasia inuenit eē tale: relinquit g⁹ φ phātasia erit huiusmodi motus: τ ex hoc φ ē mot⁹ causatus a sensu silis ei. sequtur φ continget hñtē phātasiā multa agere τ pati ƒm eā. Et contingit eam esse veram τ falsam. vt statim ostendetur. ¶ Deinde cum dicit.

Hoc autē accidit propter hoc φ sensus ꝓpriorum quidē ē verus. aut quā paucissimuz habēs falsuz. Secundo autē de accidere hoc: τ hoc iam contingit mētiri. Quod quidē. n. album non mētitur. Si autē hoc aliud τ aliud: mētit. Tertio autē communium τ consequētiuz accidentia quibus insunt propria: Dico autem vt motus τ magnitudo accidunt sensibilibus. circa q̄ est maxime iam decipi. Secūduz sensuz motus autē ab actu factus differt a sensu qui ab his tribus sensibus. Et prim⁹ quidē p̄sentis sensus verus: alii autē presentis τ absentis erunt vtiqz falsi τ maxime cū procul sit sensibile. Si qdē igitur nihil aliud hz q̄ dicta sunt nisi phantasia: hoc autem est quod dictum est. Phātasia vtiqz erit motus a sensu secundum actum factus.

¶ Assignat rationem eorum que conueniunt phantasie per ea que dicta sunt. Et circa hoc tria facit. primo assignat causam eius quod dixerat: φ phantasia quandoqz sit vera: τ quādoqz falsa: secundo assignat causam huius nois. ibi. (quoniā autē visus.) tertio assignat causaz ei⁹ qd dixerat φ aīalia multa agunt ƒm phantasiam. ibi. (τ quoniam immanent.) Dicit ergo primo φ h. s. phantasiam esse quandoqz verā: τ quandoqz falsaz accidit propter h quod dicet. qui a. s. sensus a quius actu causat phātasia diuersimode se hz ad veritatē τ falsitatē ƒm φ comparatur ad diuersa. nam primo quidez circa propria sensibilia semper verus est aut modicuz habet de falsitate: sicut enim potentie naturales non deficiunt in propriis operationibus: nisi in minori parte propter aliquam corruptionez: sic etiam sensus non deficiunt a vero iudicio propriorum sensibilium nisi in minori parte propter aliquam corruptionem organi: vt apparet in feb: icitantib⁹ quibus propter indispositionem lingue dulcia amara esse videntur. Secundo autem sensus est circa sensibilia p accidens: τ h iam decipitur sensus: quod enim albuz sit quod videtur non mentitur sensus: sed si album sit h: aut illud: puta vel nix vel farina vel aliquid huiusmodi: h iā contingit mentiri sensuz τ maxime remotis. Tertio sensus est sensibiliuz cōium q̄ consequunt sēa in quibus sūt accidentia que sunt sensibilia propria: sicut magnitudo τ motus q̄ sunt sensibilia communia accidunt sensibilibus corporibus. Et circa huiusmodi maxime est deceptio: quia iudicium de his variat secundum diuersitatez distantie: naz quod a remotiori videt: minus videtur: motus autē phantasie qui ē factus ab actu sensus differt ab istis tribus sensib⁹. i. actibus sensus: sicut effectus differt a causa. Et ꝓpter hoc etiā: qr effectus est debilior cā: τ quanto magis aliqd elongat a primo agente: tanto minus recipit de virtute τ similitudine eius: ideo in phātasia facilius adhuc q̄ in sensu potest incidere falsitas q̄ cōsistit in dissimilitudine sensus ad sensibile: tunc. n. est falsus sensus quando aliter recipit forma sensibilis in sensu q̄ sit in sensibili. Et dico aliter secunduz speciem: nō ƒm materiā: puta si sapor dulcis recipiat in lingua ƒm aliis ritudinem: sz vero materiā semper aliter recipit sensus q̄ habeat sensibile: omnis igitur motus phātasie qui fit a motu propriorū sensibilium est verus: vt in pluribus τ hoc dico quantum ad presentiā sensibilis. quando motus phantasie est simul cum motu sensus. Sed quando motus phantasie est in absentia sensus: tunc etiam circa propria sensibilia contingit decipi: imaginatur enz quādoqz absentia: vt alba licet sint nigra. sz alii motus phātasie qui causant a sensu sensibiliuz per accidens: τ a sensu sensibilium communium possunt esse falsi siue sit presens sensibile: siue non: sed maxime sunt falsi in absentia sensibilis quando est procul. tamen magis sunt falsi i absentia sensibilis q̄ quando sunt procul. Ex hac autem ratione assignata concludit vlterius principale propositūz dicens φ si ea que dicta sunt non conueniunt nisi phantasie: τ phantasia habet quod dictum est: relinquitur φ phātasia sit motus a sensu factus in actu. ¶ Ulterius autem iste motus aliam potentiam requirat q̄ sensitiuam: Aristoteles hoc non determinat: Sed videt φ cum secundum diuersitatem actuum distinguantur potentie τ diuersitas motus requirat diuersa mobilia: quia qd mouet nō mouet seipsum sed alterum: necessarium videt φ sit alia potentia phantastica siue imaginatiua a sensu.

¶ Deinde cum dicit.

Co.162. Quoniam autem visus maxime sensus est: et nomen a lumine accepit: quoniam sine lumine non est videre.

¶ Assignat causam huius nominis. Circa quod sciendum est quod phos in greco idest quod lux: et inde venit phanos quod est apparitio vel illuminatio et phantasia. Dicit ergo quod visus est precipuus inter alios sensus: eo quod est spiritualior: vt supra ostensum est et plurium cognoscitiuus: ideo phantasia que causatur a sensu secundum actum: accepit nomen a lumine. sine quo non est videre vt supra dictum est. ¶ Deinde cum dicit.

Et quoniam immanent: et similes sunt sensibus: multa secundum ipsos operantur animalia. Alia quidem quia non habent intellectum vt bestie. Alia vero ex velamento intellectus: aliquando passione aut egritudine aut somno: vt homines. De phantasia quidem igitur quid est et propter quid est: dictum sit intantum.

¶ Ostendit causam quare animalia agunt et patiuntur secundum phantasiam. et dicit quod phantasie (immanent) idest perseuerant: etiam abeuntibus sensibilibus et sunt similes sensibus secundum actum: vnde sicut sensus secundum actum mouet appetitum ad presentiam sensibilis: ita et phantasie in absentia sensibilis. Et propter hoc dicit quod animalia multa operantur secundum phantasias: sed hoc contingit propter defectum intellectus: quia cum intellectus adest: quia est superior eius iudicium preualet ad agendum. vnde quando intellectus non dominatur: agunt animalia secundum phantasiam: alia quidem quia omnino non habent intellectum sicut bestie: (alia quidem quia habent intellectum) velatum: sicut homines: quod contingit tripliciter: quandoque quidem ex aliqua passione ire aut concupiscentie vel timoris: aut aliquid huiusmodi. quandoque autem accidit ex aliqua infirmitate. sicut patet in freneticis vel furiosis: quandoque autem in somno: sicut accidit in dormientibus. ex istis. n. causis contingit quod intellectus non preualet phantasie: vnde homo sequitur apprehensionem phantasticam: quasi veram. ¶ Vltimo concludit de phantasia: quod dictum est quid sit et que sit eius causa.

¶ Lectio septima.

Co.1. De parte autem anime qua cognoscit anima et sapit: siue separabili existente: siue non separabili secundum magnitudinem sed secundum rationem: considerandum quam habet differentiam et quomodo quidem fit ipsum intelligere.

Postquam phylosophus determinauit de parte anime sensitiue: et ostendit etiam quod sentire et intelligere non sunt idem: hic incipit determinare de parte anime intellectiua et diuiditur in partes duas. in prima determinat de parte anime intellectiua: in secunda ex his que determinata sunt de sensu et intellectu: ostendit quid sit de anima sentiendum. ibi. (Nunc autem de anima.) Prima diuiditur in partes duas. in prima determinat de intellectu. in secunda comparat ipsum ad sensum. ibi. (Videtur autem sensibile.) prima diuiditur in duas: in prima determinat de intellectu: in secunda de operatione eius. ibi. (indiuisibilium.) prima diuiditur in tres. in prima determinat de intellectu possibili. In secunda de intellectu agente. ibi. (quoniam autem sicut in omni.) in tertia de intellectu in actu. ibi. (Idem autem est secundum actum.) Circa primum tria facit: in prima determinat de intellectu possibili. in secunda de obiecto eius. ibi. (Quoniam autem aliud.) In tertio mouet dubitationem circa predeterminata. ibi. (Dubitabit autem aliquis.) Circa primum duo facit. primo ostendit naturam intellectus possibilis. secundo ostendit quomodo reducatur in actum. ibi. (Cum autem sic singula.) Circa primum duo facit. primo ostendit de quo est intentio. secundo ostendit propositum. ibi. (si igitur est intelligere.) Dicit ergo primo quod postquam determinatum est de parte anime sensitiua: et ostensum est quod sapere et intelligere non est idem quod sentire: considerandum est nunc de parte anime: (qua cognoscit anima) idest intelligit: (et sapit.) Supra autem dictum est: quod differentia est inter sapere et intelligere: nam sapere pertinet ad iudicium intellectus: intelligere autem ad eius apprehensionem. Circa hanc autem partem aliquid est quod premittit de quo erat apud antiquos dubium: vtrum scilicet hec pars anime sit separabilis ab aliis partibus anime subiecto siue non sit separabilis subiecto sed ratione tantum. Intelligit autem esse separabile subiecto per hoc quod dicit esse separabile secundum magnitudinem: propter platonem qui ponit partes anime subiecto ad inuicem separatas attribuit eis organa in diuersis partibus corporis. hoc est ergo quod premittit. Sed duo sunt que intendere intendit. quorum primum est si sit separabilis secundum rationem hec pars anime ab aliis: quam differentiam habet ad alias. Et quia proprietas potentie ex qualitate actus cognoscitur: secundum quod intendere intendit est: (quomodo sit ipsum intelligere) idest quomodo operatio intellectualis compleatur.

¶ Deinde cum dicit.

Si igitur est intelligere sicut sentire aut pati aliquid: vtique erit ab intelligibili: aut aliquid huiusmodi alterum. Impassibile ergo oportet esse: susceptiuum autem speciei et potentia huiusmodi. sed non hoc. et similiter se habere sicut sensitiuum ad sensibilia. sic intellectum ad intelligibilia. Co.2. Co.3

¶ Ostendit propositum. et circa hoc tria facit. primo proponit similitudinem intellectus ad sensum. Secundo ex huiusmodi similitudine concludit naturam intellectus possibilis. ibi. (necesse est itaque.) Tertio ostendit ex his que de intellectu probauerat differentiam inter intellectum et sensum. ibi. (Quoniam autem non similis.) Primo igitur ex huiusmodi suppositione procedit ad propositum ostendendum: quod intelligere est simile ei quod est sentire: que quidem similitudo ex hoc manifesta est: quod sicut sentire est quoddam cognoscere. et sentimus quandoque quidem in potentia: quandoque autem in actu: sic et intelligere cognoscere quoddam est: et quandoque quidem intelligimus in potentia et quandoque in actu. ¶ Ex hoc autem sequitur quod cum sentire sit quoddam pati a sensibili aut aliquid simile passioni: quod intelligere sit vel pati aliquid ab intelligibili: vel aliquid alterum huiusmodi simile. s. passioni: horum autem duorum secundum verius est: nam sentire vt supra in secundo dictum est: non proprie pati est: patitur enim proprie aliquid a contrario. sed aliquid habet simile passioni inquantum sensus est in potentia ad sensibile: et est susceptiuus sensibilium: ergo si intelligere est simile ei quod est sentire: et partem intellectiuam oportet esse impassibilem. passione proprie accepta: sed oportet quod habeat aliquid simile passibilitati. quia oportet huiusmodi partem esse susceptiuam speciei intelligibilis: et quod sit in potentia ad huiusmodi speciem: sed non sit hoc in actu. Et sic oportet quod sicut se habet sensitiuum ad sensibilia similiter se habet intellectiuum ad intelligibilia: quia vtrumque est in potentia ad suum obiectum et susceptiuum eius. Leo.9

¶ Deinde cum dicit.

Necesse est itaque quoniam omnia intelligit immixtum esse: sicut dicit Anaxagoras: vt imperet: hoc autem est vt cognoscat. intus apparens. n. prohibebit extraneum: et obstruet. Quare neque ipsius est esse naturam neque vnam. Co.4. Co.5.

ſꝫ aut hoc ꝙ poſſibilis ſit vocatus itaque anime intellectus. Dico autem intellectum quo opinatur ⁊ intelligit anima: nihil eſt actu eorū que ſunt ante intelligere.

¶ Ex premiſſis oſtendit naturam intellectus poſſibilis. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit ꝙ intellectus poſſibilis nō eſt aliquid corporeū vel cōmixtū ex rebus corporalibus. ſecundo oſtēdit ꝙ nō habet organū corporale. ibi. (vnde neqꝫ miſceri.) Cōſiderādū eſt ergo circa primum ꝙ antiqui de ītellectu dupliciter opinati ſunt. qdā enim poſuerūt ꝙ ītellectus erat compoſitus ex principijs omnium: ad hoc ꝙ cognoſceret oīa: ⁊ hāc ſupra dixit eſſe opinionem empe. Anax. vero dixit ītellectū eſſe ſimplicem ⁊ immixtū: ⁊ nulli rerū corporaliū habere aliqd cōe. Co.4.
Ex eo ergo ꝙ dictū eſt ꝙ intellectus non eſt actu ītelligens: ſed potentia tantum: concludit ꝙ neceſſe eſt intellectum ꝑꝑ hoc ꝙ itelligit oīa ī potentia: non eſſe mixtum ex reb⁹ corporalibus ſicut empe. poſuit: ſed eſſe īmixtū ſicut dixit anaxag. Et quidē anaxag. hoc dixit hac ratiōe motus: qꝛ poſuit intellectum eſſe principiū totius mot⁹ a quo oīa mouent̄ ſecūdū eius imperiū. Si autem eſſet mixtus ex naturis corporalibus vel haberet aliquā corꝑ determinate: nō poſſet oīa mouere ſuo īperio: qꝛ determinaret̄ ad vnum. Et hoc eſt qđ dicit ꝙ anaxa. poſuit intellectum eſſe īmixtū: (vt imperet). i. vt ſuo imperio oīa moueat. ſed qꝛ nos nūc nō loquimur de intellectu qui oīa mouet: ſed de ītellectu quo aīa intelligit: illud medium nō eſt oportunum ad oñdēdum ītellectum eſſe immixtū: ſed oꝫ aliud mediū accipere ad illud oñdendūꝫ. ex hoc. ſ. ꝙ ītellectus oīa cognoſcit. Et hoc eſt quod addit: (hoc autē ē vt cognoſcat). q. d. ſicut anax. poſuit intellectū eſſe imixtum ad hoc vt imperet: ita oꝫ nos pōere intellectū eſſe īmixtū ad hoc vt cognoſcat: quo quidē tali rōne apparet: oē. n. quod eſt in potētia ad aliqd ⁊ receptiuum eius caret eo ad quod eſt in potētia: ⁊ cuius receptiuū: ſicut pupilla q̄ eſt ī potentia ad coloris: ⁊ receptiua ipſoꝝ eſt carens oī colore: ſed ītellectus noſter ſic ītelligit ītelligibilia ꝙ eſt in potētia ad ea ⁊ ſuſceptiu⁹ eorū ſicut ſenſus ſenſibilium: ergo caret oīb⁹ illis reb⁹ quas natus eſt intelligere. Cū igit̄ intellectus noſter natus ſit intelligere oēs res ſenſibiles ⁊ corporeas oꝫ ꝙ careat oī natura corporali ſicut ſenſus viſus caret omni colore: ꝑꝑ hoc qđ eſt cognoſcitiuus coloris. ſi. n. haberet aliquē colorē: ille color ꝓhiberet videre alios colores ſicut lingua febricitātis q̄ hꝫ aliquē humorē amarum non poteſt ꝑcipere dulcem ſaporem. Sic etiā intellect⁹ ſi haberet aliquā naturā determinatam: illa natura cōnaturalis ſibi ꝓhiberet eū a cognitione aliarū naturarūꝫ: ⁊ hoc eſt quod dicit. (intus apparens enim ꝓhibebit cognoſcere extraneum: ⁊ obſtruet). i. īpediet intellectūꝫ ⁊ quodāmō velabit ⁊ concludet ab inſpectione alioꝝ: ⁊ appellat intus apparens aliquid intrinſecum cōnaturale intellectui: qđ oñ ei appareret. ſemper impediret intellectus ab intelligendo alia: ſicut ſi diceremus ꝙ humor amarus eſſet intus apparēs lingue febricitātis. Cōcludit ergo ex hoc ꝙ nō cōtingit naturā ītellect⁹ eſſe (neqꝫ vnā) i. nullā determinatam: ſed hanc ſolam naturam habet ꝙ eſt poſſibilis reſpectu oīum: ⁊ hoc qdem contingit ītellectui. qꝛ nō eſt cognoſcitiuus tantū vnius generis ſenſibilium: ſicut viſus vel auditus. vel oīum qualitatū ⁊ accidētium ſenſibilium cōmunium vel ꝓpriorum: ſed vniuerſaliter totius nature ſenſibilis: vnde ſicut viſus caret quodam genere ſenſibilium: ita oportet ꝙ intellectus careat tota natura ſenſibili. et hoc aūt vlterius concludit: ꝙ ille q vocatur intellectus aīe nihil eſt in actu eorum que ſunt ante intelligere: quod eſt contrariūꝫ ei quod antiqui ponebant. dicebant. n. enim ad hoc quod cognoſceret oīa eſſe compoſitum ex omnibus. Si autem eſſet cognoſcitiuus omnium: qꝛ haberet in ſe omnia: eſſe ſemper intellectus ī actu: ⁊ nunꝙ̄ in potentia: ſicut ſupra dixit de ſenſu ꝙ ſi eſſet compoſitus ex ſenſibilibus non indigeret ſenſibilibus exterioribus ad ſentiendum: ⁊ ne quis crederet ꝙ eſſet hoc verum de quolibet intellectu ꝙ ſit in potentia ad ſua intelligibilia anteꝙ̄ intelligat interponit ꝙ nūc loquitur de intellectu quo anima opinatur ⁊ intelligit. et hoc dicit vt preſeruet ſe ab intellectu diuino. qui non eſt ī potētia ſed eſt quodā modo intellectus inter oīum. de quo intellectu anaxa. dixit qđ eſt īmixtus vt imperet.

¶ Deinde cum dicit.

Unde neqꝫ miſceri eſt rationabile ipſum corpori. Qualis. n. aliquis vnqꝫ fiet. aut calefactus aut frigidus. ſi organum aliquod erit ſicut ſenſitiuo: nunc autē nullum eſt. Co.6.

¶ Oſtendit ꝙ intellectus non habet organum corporale. et primo oſtendit propoſitūꝫ: ſecundo adaptat ad hoc quoddam dictum antiquorum. ibi. (⁊ bene ſam.) Dicit ergo primo concludens ex predictis: ꝙ ſi intellectus noſter ad hoc ꝙ cognoſcat omnia oportet ꝙ non habeat naturam aliquam determinatam ex naturis rerum corporalium quas cognoſcit: eodem modo rationabile eſt ꝙ non (miſceatur corpori). i. ꝙ non habeat aliquod organum corporale: ſicut habet pars anime ſenſitiua: quia ſi erit aliquod organum corporale intellectui: ſicut eſt parti ſenſitiue: ſequitur ꝙ habꝫ aliquā naturaꝫ determinatam ex naturis rerum ſenſibilium. et hoc eſt quod dicit: (ſequitur ꝙ erit aliquis quali.) aliquam qualitatem ſenſibilem habens. vt ſcilicet ſit actu calidus aut frigid⁹: manifeſtum eſt enīꝫ ꝙ potentia anime que eſt actus alicuius organi conformatur illi organo: ſicut actus ſuſceptibilis: neqꝫ refert quantum ad actum potentie: vtrum autem ipſa potentia habeat aliquam qualitatem ſenſibilem determinatam: aut organum: cum actus non potentie ſit ſolum ſed compoſiti ex potentia ⁊ organo corporeo. ſimiliter enim impediretur viſio oculorum ſi potentia viſiua haberet colorem determinatum ſine pupilla. et ideo dicit ꝙ eiuſdem rationis eſt ponere ꝙ intellectus non habeat organum corporale: ⁊ ꝙ non habeat aliquam naturam corpoream determinatam. ⁊ ideo ſubdit ꝙ nullum eſt organum intellectiue partis: ſicut eſt ſenſitiue.

¶ Deinde cum dicit.

Et bene iam dicētes ſunt animam eſſe locum ſpecierum: niſi ꝙ non tota ſed intellectiua neqꝫ actu ſed potentia ſpecies.

¶ Adaptat quod dictum eſt opinioni antiquorum: ⁊ dicit ꝙ ex quo pars intellectiua non habet organum ſicut pars ſenſitiua. iam poteſt verificari dictum illorum qui dixerunt ꝙ anima eſt locus ſpecierum: quod per ſimilitudinē dicitur: eo ꝙ ē ſpecierum receptiua. quod quidē non verum eſſet ſi quelibet pars anime haberet organū quia iam ſpecies non reciperētur in anima ſola: ſed in cōiuncto. non enim viſus ſolum eſt ſuſceptiuus ſpecierūꝫ ſed oculus: ⁊ ideo non dicendum eſt ꝙ tota anima ſit locus ſpecierum: ſed ſolum pars intellectiua que organūꝫ non habet: nec ita eſt locus ſpecierūꝫ: ꝙ habeat actu ſpecies ſed potentia tantum.

¶ Deinde cum dicit.

Quoniam autē non ſimilis ſit impaſſibilitas ſenſitiui ⁊ intellectiui manifeſtūꝫ ē ex organis ⁊ ſenſu. Senſus enim non pōt ſentire ex valde ſenſibili: vt ſonum ex magnis ſonis. neqꝫ ex fortibus odoribus ⁊ coloribus neqꝫ videre neqꝫ odorare. Sꝫ intellectus cum intelligat aliquod valde intelligibile: non min⁹ intelligit infima: ſꝫ ⁊ magis. Senſitiuum quidē. n. non ſine corpore eſt. hic autē ſeparatus. Co.7.

Lib.2. Lec.10. ¶ Ostendit differentiam inter itellectum et sensum quantum ad impassibilitatem: dictum est enim supra quod sicut sentire non est pati passione proprie accepta: ita nec intelligere: et ex hoc supra conclusit quod intellectus erat impassibilis: ne ergo aliquis crederet quod in eodem gradu impassibilitatis esset sensus et intellectus: subiungit hic quod nõ est similis ipassibilitas sensuum et itellectum: sensus .n. licet non patiatur a sensibili passione proprie accepta: patitur tamen per accidens.inquantum organi proportio corrumpitur ab excellentia sensibili: sed de intellectu hoc accidere non põt cum organo careat: vnde nec per se nec per accidens passibilis est. et hoc est quod dicit quod dissimilitudo impassibilitatis sensuum et intellectum manifesta est ex organo et sensu: quia sensus efficitur impotens ad sentiendum ex valde sensibili: sicut audiens nõ potest audire sonum propter hoc quod motus est ex magnis sonis: neque visus potest videre neque olfatus odorare: ex eo quod hi sensus moti sunt prius ex sonibus odoribus et coloribus corrũpentibus organum: sed itellectus quia nõ habet organũ corporeum quod corrumpi possit ab excellentia proprii obiecti: cum intelligit aliquid valde intelligibile non minus postea intelligit infima: sed magis et idem accideret de sensu si non haberet organũ corporale: debilitatur tamen intellectus ex lesione alicuius organi corporalis indirecte: inquantum ad eius operationem requiritur operatio sensus habentis organũ. Causa igitur diversitatis huius est quia sensitiuum non est sine corpore: sed intellectus est separatus. ¶ Ex his autem que hic dicuntur appareat falsitas opinionis illorũ qui dixerũt quod intellectus est vis imaginatiua. vel aliqua preparatio in natura humana consequens corporis complexionem: sed horũ occasione verborũ quidã intantum decepti sunt vt ponerent intellectũ possibilem esse a corpore separatum: sicut vna de substantiis separatis: quod quidem omnino impossibile est. manifestum est enim quod hic homo itelligit. si enim hoc negetur: tunc dicens hanc opinionem non intelligit aliquid: et ideo non est audiendus: si autem itelligit. oportet quod aliquo formaliter intelligat. hic autem est intellectus possibilis: de quo phylosophus dicit: (dico autem intellectum quo intelligit et opinatur aĩa.) intellectus ergo possibilis est quo hic homo formaliter loquendo intelligit. illud etiã quo aliquid operatur sicut actiuo principio potest secundum esse separari ab eo quod operatur. vt si dicamus quod balliuus operatur per regem: quia rex mouet eum ad operãdũ sed impossibile est illud quo aliquid operatur formaliter separari ab eo secundũ esse. quod ideo est: quia nihil agit nisi secundũ quod est actu: sic igitur aliquid formaliter operatur: sicut eo fit actu: non autem fit aliquid aliquo ens actu si sit separatum ab eo secundum esse: vnde impossibile est quod illud quo aliquid agit formaliter sit separatum ab eo secundũ esse. ¶ Ideo hoc considerãtes adinuentores huius opinionis: conati sunt adinuenire aliquẽ modum quo illa substãtia separata quem intellectum possibilem dicunt: cõnnectatur et vniatur nobiscum: vt sic eius intelligere sit nostrũ intelligere. Dicunt enim quod species intelligibilis est forma intellectus possibilis: per eam .n. fit in actu: huiusmodi autem speciei subiectum est quedam phantasia quod est in nobis. Sic igitur dicunt intellectum possibilem copulari nobiscum per formam suã. Sed hoc quod dictum est nullam omnino continuationem intellectus ad nos demonstrat: quod sic patet: intellectus enim possibilis non est vnum cũ intelligibili: nisi secundum quod intellectus est in actu: sicut neque sensus est idem cum sensibili in potentia: vt supra habitum est. Species igitur itelligibilis non est forma itellectus possibilis: nisi secundum quod est intelligibilis actu: nõ est autẽ itelligibilis actu: nisi secundũ quod est a phantasmatibus abstracta et remota: manifestum est igitur quod secundum quod vnitur intellectui est remota a phantasmatibus: non igitur intellectus per hoc vnitur nobiscum. Sed manifestũ est quod actor huius positionis deceptus fuit per fallaciam accidentis: quasi sic arguens. phantasmata sunt quodam modo vnum cum specie intelligibili: species autem intelligibilis est vnum cum intellectu possibili: ergo intellectus possibilis vnitur phãtasmatibus. manifestũ est autẽ quod hic medium fallacia accidentis: quia species intelligibilis secundũ quod est vnũ cum itellectu possibili est abstracta a phantasmatibus vt dictũ est. Dato tamẽ quod per hunc modũ sit aliqua vnio intellectus possibilis ad nos. non tamẽ hec vnio faceret nos intelligentes: sed magis intellectos: id .n. cuius est similitudo species in virtute aliqua cognoscitiua existẽs non ex hoc fit cognoscẽs sed cognitum: nõ enim per hoc quod species que est in pupilla est similitudo coloris qui est in pariete. color est videns: sed magis est visus. per hoc igitur quod species itelligibilis que est in itellectu possibili est silitudo quedã phantasmatum: non sequitur quod nos simus itelligentes: sed quod nos vel potius phantasmata nostra sint intellecta ab illa substantia separata. ¶ Sunt autem plura alia que cõtra hanc positionem dici possunt. que alibi diligentius pertractauimus. sed hic hoc vnũ sufficiat. quod ad positionem hanc sequitur quod hic homo non itelligit. Manifestum etiã est quod hec positio cõtra itentionem phylosophi est. et primo quidem: quia phylosophus hic inquirit de parte anime. Sic enim hunc tractatum incipit. vnde manifestum est quod intellectus possibilis pars aĩe est: et nõ substantia separata. ¶ Itẽ ex hoc quod ipse procedit ad inquirendum de itellectu siue sit subiecto separabilis ab aliis partibus aĩe siue non. vnde patet quod suus processus stat: etiam si intellectus subiecto nõ sit separabilis ab aliis partibus anime. ¶ Item per hoc quod dicit quod itellectus est quo anima itelligit. hec enim omnia ostendunt quod Aristoteles nõ dicit itellectum esse separatum: sicut sunt substãtie separate. Mirum est autẽ quomodo tã leuiter errauerũt. ex hoc quod dicit quod intellectus est separatus: cum ex littera sua huius rei habeatur intellectus. Dicitur enim separatus intellectus: quia nõ habet organũ sicut sensus: et hoc contingit propter hoc: quia anima humana propter suam nobilitatem supergreditur facultatem materie corporalis: et nõ potest totaliter icludi ab ea. Unde remanet ei aliqua actio in qua materia corporalis non cõmunicat. et propter hoc potentia eius ad hanc actionem non habet organũ corporale: et sic est itellectus separatus.

¶ Lectio octaua.

Um autem sic singula fiat: vt sciens Co4
c dicitur qui secundum actum. hoc autem confestim accidit. cum possit operari per seipsum. est quidem igitur et tunc potentia quodam modo non tamen similiter et ante adiscere aut inuenire: et ipse autẽ seipsum tunc potest intelligere.

p Ostquam prius determinauit de itellectu possibili qui est in potẽtia ad itelligibilia. hic ostẽdit quõ in actu reducatur. Et primo ostẽdit quod itellectus aliquando fit in actu. Secũdo ostẽdit quid sit propriũ obiectũ eius: respectu cuius fit in actu ibi (Quoniam autem aliud est magnitudo). Ostẽdit ibi quõ itellectus in actum reducatur dicens dictum est quod sicut itellectiua nõ est actu ipse species: sed in potẽtia tantũ. (Cũ autem sic fiant singula) idest sic reducatur in actu specierum itelligibiliũ: quẽadmodũ sciens. idest habẽs scientie habitũ: habet species in actu. et tunc dicitur intellectus qui est secundum actum. hoc autem accidit statim cum aliquis potest per seipsum operari operationem itellectus: quod est secundum itelligere: sicut et quamlibet formã: tunc aliquis in actu habet quando potest operationem illius forme explere. Sed licet tunc intellectus quodãmodo sit in actu quando habet species intelligibiles: sicut sciens habet habitum: et est tunc quodam modo in potentia: non tamen eodem modo sicut prius erat in potentia antequam scientiã acquireret addiscẽdo. vel inueniẽdo: nam antequam haberet habitum scientie qui est primus

studii dicatur primum: ergo cum diuerse rationes mixtionis sint in eodē corpore sequeretur: ꝙ in eodē sint plures aīe. Si sit aliquid aliud: ergo corpus animatū nō hēbit rationem mixtionis: cum anima secundū Empedoclez esset ratio mixtionis in animatis. ¶ Secūda questio est. An illa armonia siue amicitia sit causa mixtiōis in oībus vel solum in animatis. Si Empedocles dicat primū: sequitur ꝙ omnia mixta erunt animata: cum anima dicatur esse armonia illa. Si dicat secundum contradicit opinioni sue: quia dicit concordiā eē causā generationis ⁊ mixtionis omniū rerū: vt patet primo phisicoꝝ. ¶ Tertia questio est vtrū illa concordia sit illa armonia ꝗ dicit anima aut non. Si Empedocles dicat primū sequitur ꝙ idem erit causa suipsius. quia dicebat concordiā esse causam cuiuscunque proportionis. Si dicat secundū: sequitur quod concordia nō est cōcordia. Cum ipsa armonia quedam concordia sit. ¶ Considerandū finaliter ꝙ phs adducit duas rōnes quibus probat ꝙ predicta opinio ē ꝓbabilis. Quarum prima est. nā si anima nō esset ratio mixtionis aut compositionis rerum: sequeretur ꝙ ipsa separata a corpore: corpus non corrumperet ⁊ cōsequēs est falsum: ⁊ cōtra suprascriptū: ergo ⁊c. Secunda ratio si anima nō esset ratio compositionis ⁊ mixtionis partiū corporis: sequeretur ꝙ deficiente corpore non deficeret anima: hoc autem apparet eē falsum: igit ꝓbabiliter vr̄ ꝙ anima sit rō compositionis aut mixtionis rex in quadam armonia cōsistens. Sed (vt dicit doctor sanctus in cōmento.) hoc non sequitur: quia ꝓportio huiusmodi non est forma sicut ipsi credebant: sed est ipsa dispositio materie ad formā. Et sic si accipiatur ꝓportio armōiace compositionis p dispositione tali. bene sequitur ꝙ manēte dispositiōe materie ad formā: manet forma: ⁊ destructa huiꝰ dispositione remouet forma. Hec Tho.

¶ Sequitur (rōnabilius autem dubitabit.) Hic incipit lectio decima eiusdem libri ⁊ in commento sancti thome.

Stud est quintum capitulū huius tractatus in quo phs improbat opiniones antiquorum dicentium animam per se moueri: propter hoc quod tristari ⁊ gaudere ⁊ ridere sint quidam motus: ponendo vnam duntaxat cōclusionez: que talis est. Quod anima propter eius passiones non mouetur. quam conclusionem probat quattuor rationibus: quarum prima est. Nam ea que conueniūt per se anime: non conueniunt corpori aut toti coniuncto. sz gaudere ⁊ tristari ⁊ huiꝰ passiōes aīe ɔueniūt corpi ⁊ toti ɔiūcto ergo motus tales nō ɔueniūt p se ipsi aīe. Secūda ratio est. Illud quod est ratio ⁊ principium motus: sibi non competit per se moueri: sed aīa est ratio ⁊ principiū motuū eius. ergo sibi non competit per se moueri. Tertia ratio. Nihil mouetur nisi motus sit in eo: sed predicti motus (vt gaudere ridere ⁊ tristari) non sunt in aīa: sed magis ab aīa: ergo ſm predictos motus anima non dicitur per se moueri. Quarta ratio est. In illo sunt predicti motus aut passiones sic: per cuius debilitatem: ille passiones debilitanē: sed organa corporalia sunt huiꝰ: vt patet in infirmis ⁊ litargicis ⁊ freneticis: similiter ⁊ in ebriosis: ergo ſm dictos motus: aīa non debet dici moueri. ¶ Pro declaratione precedentiū ɔsiderandū prio ꝙ quidam antiquoꝝ posuerūt aīam per se moueri: quiā dicebant passiones ⁊ operationes anime esse motus vt tristari gaudere timere ⁊c. sic arguentes. Cuicunqꝫ competit per se motus illud mouetur: sed aīe cōpetit motꝰ per se: vt tristari gaudere ⁊c. ergo aīa per se mouetur: sed hec ratio ſm themistium in duobus peccat. primo qr gaudere tristari ⁊ timere ⁊c. non sunt motus proprie dicti. Secūdo dato ꝙ essent motus proprie dicti: non sequitur ꝙ anima mouetur per se. quia sunt passiones totius coniuncti ⁊ non anime tantum. Unde phs in lra. dicere sit irasci aīam: simile est ac si diceret aīam texere vł filare edificare. ¶ Considerādum secundo ꝙ lz predicte passiones non sint motus ꝓprie habent tamen motus ꝓprie dictos sibi annexos ſm phm in littera videlicet loci mutationem ⁊ alterationem potissime: vt pz de ira maxime ⁊ de timore: nam in ira est ɔsiderādus ascēsus ⁊ inflāmatio sanguinis circa cor: ⁊ ɔsideranda est emissio sanguinis ebulientis ad partes exteriores rōne qua consideratur ibi ebulitio: seu inflāmatio: est ibi alteratio rōne qua ɔsideratur emissio sanguinis ad externas partes: attēditur loci mutatio. In timore vero consideratur aggregatio sanguinis circa cor: rōe qua attēditur ibi loci mutatio ⁊ ɔsideratur palliditas membroꝝ exteriorū: rōe qua attenditur alteratio ⁊ de alijs passionibus. Considerādū vltimo ꝙ operatio attribuitur vnicuiqꝫ: ſm ꝙ habet eēꝫ: eo modo ergo quo forma habet eē: sibi attribuitur ꝓpria operatio eius: sed quia nulla aīa alia ab aīa rationali hēt esse per se. ergo nulli attribuit aliqua operatio sine motus per se. Anima vero rationalis ꝗ est cōiuncta corpori: de qua loquimur hic: hēt esse per se: lz non complecte ⁊ perfecte: cū non subsistat p se: substantia completa. ideo ipsi anime rōnali attribuitur intelligere ⁊ velle per se ⁊ proprie: lz magis ꝓprie homini p animam: quātus nonnulli aliter sommare videntur.

¶ Sequitur. (Multum autem his que dicta sunt.) Hic incipit lectio vndecima eiusdem libri ⁊ in commento sancti thome.

Stud est sextum capitulū huiꝰ tractatus: in quo phs improbat opinionē dicentium aīam esse numerū mouentē: septem rationibus: quarum prima est. nā omne mouens seipsum diuiditur in partē mouentē ⁊ motā ꝑ se. si ergo anima est numerus mouens seipsum: sequitur ꝙ erit diuisibilis ⁊ partibilis: ⁊ per ɔsequēs ipsa vnitas erit diuisibilis. secūda rō est. oē qđ mouetur: est in loco. ⁊ est quoddam situale: ergo si anima esset numerus seipsum mouens erit in loco ⁊ qđ situale: ⁊ per consequens erit vnitas habens positionē in cōtinuo. ⁊ sic erit pūctus. tertia ratio. Ois diuisio numeri variat speciem: sed non omnis diuisio animatoꝝ variat speciem ſm aliqua animata vt anguille ⁊ cetera animalia ānulosa diuiduntur in plures partes aīatas eiusdem speciei: ergo aīa non est numerus mouens seipsū. quarta ratio. In omni motu mouēs diuiditur a mobili: quia nihil est in actu ⁊ potentia simul respectu eiusdem. sed aīa nō diuiditur a seipsa ergo non potest esse mouens ⁊ mota. quinta rō est. Si aīa esset numerus mouens: sequeretur ꝙ aut infinita puncta simul eē possent in eodē: aut ꝙ omne corpus esset aīatū vtrūqꝫ est inconueniens: ergo id ex quo sequitur ꝓbatio sequele. Nam si anima est numerus seipsum mouens: cum numerus ɔponatur ex vnitatibꝰ: sequeret ꝙ aīa cōponeret ex vnitatibus ꝗ sunt de genere ɔtinuoꝝ: quia nil mouet nisi sit de genere ɔtinuoꝝ: vnitates ergo ille erunt puncta. i. habebunt positionez in cōtinuo. vel ergo illa puncta differunt a pūctis corpoꝝ vel sunt eadem: si ꝓmum ergo diuersa puncta erunt simul: cū indiuisibilia nō augeant locū poterūt esse pūcta infinita simul. Si secūdū ergo vbicūqꝫ erūt puncta corporis: vbi erunt pūcta aīe. ⁊ per consequens omnia corpora erūt aīata: quod erat ꝓbandum. sexta ratio: puncta non possunt separari a corporibus. sed anima potest separi a corpe. alias nunqꝫ aial esset corruptibile: ergo anima non est punctus: ⁊ per ɔñs nō erit numerus cum quelibet vnitas pūctuata sit. septima rō. Posita diffinitione vniuscuiusqꝫ rei: per eaꝫ possunt assignari ꝓprie ꝓprietates. sed per predictam descriptionem (videlicet ꝙ anima est numerus per se mouens seipsum:) non possunt assignari proprietates ⁊ passiones ipsius anime: ergo dicta descriptio est isufficiēs. ¶ Pro declaratione precedentium considerandum est ꝙ illud qđ conuenit alicui per se aut ſm se conuenit illi secundū se totum: vt patet in quinto metaphisice capitulo per se. Si numerus moueat per seipsum ꝑ se sequitur ꝙ numerus totus mouebit se secundum se totum ⁊ cōsequēs

quelibet pars mouebit seipsam secundum seipsam. Cum ergo vnitas sit pars numeri mouebit per se ipsam: ⁊ per consequens vnitas erit diuisibilis: quia omne mouens seipsum diuiditur in ptem per se mouentē. Considerandum est secundo ꝙ motus potest accipi dupliciter: vt supra superius adductū est. Vno mō physice vt est actus entis: existentis in passiuo: ⁊ sic rōnes phi pcedunt ꝙ anima non mouet seipsam. Alio modo accipitur motus metaphysice vt est actus alicuius entis existentis in actu: ⁊ illo modo rōnes phi nō procedunt. Si quis ergo voluerit sustinere ꝙ aīa est numerus seipsum mouēs accipiat motū secūdo: non autem primo. ¶ Considerandū est vltio ꝙ numerus pōt accipi dupliciter. vno modo ꝑ quātitate discreta q̄ causatur ex diuisione cōtinui: ⁊ illo modo verū ē ꝙ aīa est numerus: Alio modo potest accipi transcēdenter secundum ꝙ causatur ex distinctione diuersarum formarū aut entitatū: ⁊ illo modo potest accipi numerus: quia in aīa ē diuersitas ⁊ distinctio potentiarū inter se ⁊ distinctio essentie a potentijs ⁊ ꝑ consequens numerus. Qui ergo voluerit sustinere predictam opinionem dicat animam esse numerum secundo modo ⁊ non primo.

¶ Sequitur in textu. (Tribus autem modis ⁊c.) Hec est lectio duodecima eiusdem libri: ⁊ in commento sancti Thome.

i Stud est septimum caplm huius tractatus in quo phylosophus reprobat opinionē illorum dicentium aīam esse cōpositam ex elemētis vt oīa cognosceret. Dicebant enim simile simili cognosci: quam quidem opinionem reprobat nouem rationibus inferendis quadruplicem insufficientiam eius. Prima ratio talis est. Nam si anima componeretur ex elementis: sequeretur ꝙ oīa intelligibilia essent in intellectu secundum eorū esse materiale: ⁊ per ꝯsequens intelligeretur ab intellectu. Cum intelligibile secundum suum eē materiale nō sit principium cognoscendi. Secunda ratio est q̄ tangit̄ ibi. (Non sunt autem hec sola ⁊c.) Si anima cōponeretur ex elemētis vt elementa cognosceret sequeretur ꝙ anima cōponeret̄ ex oībus mixtis: alias autem non omnia mixta intelligere posset: aut oīa mixta eandem rōnem mixtionis haberent quorum vtrumqꝫ est falsum. Tertia ratio ē que tangitur: (Amplius autem ⁊c.) Si sic sequeretur ꝙ omnia ꝯponeret̄ ex oībus presentijs ⁊ per ꝯsequens cōponētis ex quibus q̄ntitatiuis ꝙ priores opinatores negauerunt: qꝛ dicebāt animam esse impartibilem: patet sequela: qꝛ anima intelligit oīa presentia. Si ergo aīa cōponeretur ex oībus vt oīa intelligeret. necessario sequitur ꝙ cōponeretur ex accidentibus. Quarta rō que tangit̄ ibi. (Inconueniēs est ⁊c.) est talis. Si aīa cōponeretur ex elemētis vt simile simili cognosceretur sequetur ꝙ simile simili intelligitur: qꝛ secundum antiquos cōsentire est quoddā pati. Quinta ratio que tangit̄ ibi. (Multas sūt dubitatiōes ⁊c.) Si aīa esset ꝯposita ex elemētis vt oīa cognosceret ⁊ sentiret: sequeretur ꝙ oīa cōposita ex elementis sentirent ⁊ intelligerēt: ⁊ per consequens omnes ptes aīalis cognoscerēt quod est manifestissime falsum: vt patet i vngulis ⁊ alijs partibus terrestribus animalis. Sexta ratio q̄ tangitur ibi. (amplius autē vnumquodqꝫ principiorum ⁊c.) sic formatur. Si sic sequeretur ꝙ principiū cū esset minus compositum q̄ principiatum pauciora cognosceret q̄ principiatum: ⁊ per consequens magis ꝯsisteret ignorantia q̄ principiatum: quod ēt ad sensum patet esse falsum. Septima ratio que tangitur ibi. (accidit autē ⁊c.) Si sic sequeretur ꝙ deus esset insipientior substantijs corporalibus cum secundum opinatores pdictos ex paucioribus componat̄. (dicebāt) .i. corporalia eē ꝯposita ex quinqꝫ: videlicet ex quattuor elemētis ⁊ ex amicitia ⁊ discordia. Deum vero dicebant esse cōpositū ex quattuor primis ⁊ nō ex discordia. Octaua ratio que tangitur. ibi. (Omnino autē ⁊c.) est talis. Si ita esset sequeret̄ ꝙ oīa intelligibilia intelligerent ⁊ cognoscerent cum quasi omnia sint composita ex elementis. Nona ratio que tangitur. ibi. (Dubitatione autem ⁊c.) est talis. Si anima esset composita ex elementis sequeret̄ ꝙ aliquid in reb⁹ naturalibus corruptibilibus esset nobilius ipsa anima cum principiū cōponens sit nobili⁹ principiato: ꝯsequens est falsū. igit̄ ⁊c. ¶ Cōsiderandū est secundū phylosophū circa finē huius capituli. ꝙ predicti opinatores deficiebāt in quinqꝫ. Primo quia dicebant aīam esse motiuā: sed hoc nō ꝯpetit omni aīe vt puta anime vegetatiue. Secūdo qꝛ dicebāt aīam cognoscere ⁊ sentire: sed etiā hoc ꝯpetit omni anime: ergo insufficienter determinauerunt de anima cū de omni aīa non fecerunt mentionem. Tertio quia multa alia competunt aīe cognoscentie q̄ sentire ⁊ intelligere de quibus nullā mentionem fecerunt. Quarto quia dicebant aīam esse respirationē quandā attrahentem aerē: hoc est non ꝯpetit nō omni aīe: hoc quia ab eis superflue ab eis dictum est ꝙ aīa cōponitur ex elementis vt omnia cognosceret quia frigidum potest cognosci ꝑ calidum: ⁊ humidū ꝑ siccū: cum vnum oppositorū cognoscatur per reliquum.

¶ Sequitur in textu. (Et si toto autem quidam misceri ipsam dicunt.) Hec est lectio decimatertia eiusdem libri: ⁊ in comento sancti thome.

i Stud est vltimum capitulū huius tractat⁹ in quo phylosophus iterum probat opinionem illorum qui dicebant animam eē in elemētis ⁊ in toto vniuerso tribus rōnib⁹. Quarum prima est. Si anima sit in elemētis pari rōne qua mixta animata dicuntur animalia eadē rōne ipsa elementa dicerētur animalia: cōsequens est falsum. ergo ⁊c. Secūda ratio: melior videt̄ esse aīa q̄ est in elementis si sit in eis q̄ aīa q̄ ē i mixtis: sꝫ aīa q̄ est i mixtis facit ea eē aīalia: ergo a fortiori si aīa esset in elemētis faceret ea eē animalia. Tertia ratio. Si anima esset in elemētis ⁊ i toto vniuerso aut esset vna ⁊ eiusdē rōnis in oībus aut diuersarum rationū. Non secundū: qꝛ aīa est in eiusdē conditionis in oībus vt antiqui dicebant neqꝫ primum quia corruptibilium ⁊ incorruptibilium nō pōt eē aīa eiusdē rationis. Non est ergo anima in elementis ⁊ in toto vniuerso.

¶ Sequitur in textu. (Quoniam autem agnoscere.) ¶ Hic sequitur tertius tractatus primi libri. Et est lectio quartadecima ⁊ vltima eiusdem libri: ⁊ in commento sancti Thome.

i Ste est tertius tractatus huius libri qui cōtinet vnum capitulum tantū: i quo phylosophus mouet duas dubitatiōes de ipsa aīa remouendo opinionē antiquorū de ptib⁹ aīe.

¶ Preterea dubitatio ē: vtrum sentire: opinari: cōcupiscere mouere sm locū ⁊ cetere opatiōes aīe ꝯpetant ipsi aīe scdm se totam vel diuersis ptib⁹ aīe. Secūda dubitatio est: vtrū sit vnū principiū ipsius mūdi aut plura: primam vero dubitatiōnē soluerunt antiqui dicētes ꝙ pdicte opationes aīe ꝯueniūt ipsi aīe scdm diuersas eius ptes: posuerunt .n. aīam eē diuisibilē ⁊ partibilē. Sed hāc opinionē destruit phs trib⁹ rōnibus: quarū prima est. Nā multa ⁊ diuersa nō possunt esse in vno ⁊ eodem nisi sit aliquid aliud qd ꝯtineat ea: sed in aīa nō reperit̄ aliquid qd possit ꝯtinere diuersas ptes eiusdē substātialis: qꝛ aut id ꝯtinens est corpus aut aīa: si corpus: cū corpus magis ꝯtineatur ab aīa q̄ ꝯtineat. Si est aīa: aut illa aīa q̄ ꝯtinet eē publis aut non. Si scdm pari rōne stādum esset in primo. Si primū sequeret̄ ꝙ eēt pcedendū in infinitū in ꝯtinentibus. Scd̄a rō q̄ tāgitur. ibi. (Dubitat autē.) talis est. Si anima eēt diuisibilis in plures ptes: sequeret̄ ꝙ quelibet opatio eius regret determinatā ptē i corpe: ⁊ ꝑ ꝯñs oīs aīa eēt organica: ꝯñs ē falsū. qꝛ itellectus i sua opatione non determinat sibi certū organū. Tertia rō q̄ tāgit̄. ibi. (Videtur autē ⁊ plāte.) talis est. Nam in plantis ⁊ i aīalibus imperfectis decisis repit̄ eadē aīa sꝫ spēm in oībus ptib⁹ q̄ i oīb⁹ ptib⁹ eiusdē rōnis est: cū ea q̄ ꝯueniebat ron ante decisionē: ergo aīa nō est diuisibilis i ptes substātiales.

Ex quo sequit̃ rn̄sio ad p̄mã dubitationẽ. Nã p̄dicte opiniones ↄueniunt toti aīe totaliter substantie: secũdũ tñ diuersas ptes potestatiuas. ¶ Cõsiderandũ est aũt hic secũdum doctorem sanctũ ꝙ aīam esse ptibile potest intelligi tripliciter. Uno mõ ꝯm diuisionẽ substantialẽ: ita videlꝫ ꝙ substãtia sit habeat ptem ⁊ partem. Alio mõ ꝯm diuisionẽ quãtitatiuã. ⁊ istis duob⁹ modis aīa non est diuisibilis potissime loquẽdo de aīa q̃ est in aīalibus pfectis. Tertio modo pt intelligi ꝙ sit ptibilis ꝯm diuisionem potestatiuã q̄ est in plures ptes potẽtiales. Et h̄ pot intelligi dupliciter. Uno modo videlicet ꝙ ipsa diuidat̃ in h⁹i partes itaꝙ oẽs ptes potẽtiales requirant determinatum organũ in subiecto: ⁊ isto mõ ẽt aīa non est ptibilis. Alio mõ ꝙ diuidatur ĩ plures potẽtias: quarũ alique requirant organũ. alique vero nõ. ⁊ isto modo veritatem pot habere opinio antiquoꝝ dicentiũ aīam eẽ partibilẽ. ¶ Cõsiderandum vlteri⁹ ꝙ potẽtie aīe pñt ↄsiderari dupliciter. Uno mõ ꝯm modũ operandi eaꝝ. ⁊ isto mõ sunt tria genera potẽtiaꝝ: videlicet potentia vegetatiua sensitiua ⁊ intellectiua. qr potẽtia vegetatiua operatur mediãtibus qualitatibus actiuis ⁊ passiuis vt pꝫ in nutritione ⁊ augmentatione ⁊c. Potẽtia vero sensitiua ⁊ si non indigeat in sua opatione qualitatibus actiuis: indiget tamen organo corporeo quod cõponitur ex eisdem. Sed potẽtia intellectiua nullo modo eis indiget in sua opatione p se loquẽdo vt infra patebit. Alio mõ possũt ↄsiderari secundum diuersa genera operationum: ⁊ illo mõ sunt qnqꝫ genera potẽtiarum: videlicet potẽtia vegetatiua sensitiua appetitiua motiua ꝯm locũ ⁊ intellectiua de quibus omnibus infra determinabit̃. ¶ Cõsiderandũ vlterius ꝙ phs. ibi. (videtur aũt.) soluit secũdam dubitationẽ p̄positam dicẽs ꝙ aīa vegetatiua dicitur esse p̄ncipiũ ⁊ signũ vite: nõ tamẽ ita ꝙ ipsa sit solũ principium vite sicut tactus dicitur esse principiũ sensationis: quia remota potẽntia sensitiua nulla alia remanet: ⁊ omnia viuentia dicunt̃ in hoc ꝙ habẽt potẽtiam vegetatiuam.

¶ Finis scripti super primum librum de anima.

Breuis recollecta super secundum de anima Aristotelis: secundum Magistrum Dominicũ de flandria ordinis predicatoꝝ.

¶ Hec est lectio prima secundi libri de anima: ⁊ in commento sancti Thome.

q

Ue quidẽ a priorib⁹ tradita de anima ⁊c. (Iste ẽ secũs liber de aīa q̄ diuidit̃ in duos tractat⁹). In p̄mo phs determinat de aīa quãtũ ad ẽntiam eius. In scđo determinat de ea q̃ntum ad eius potentiales partes ⁊ opationes q̄ incipit. ibi. (Potẽtiarũ aũt.) p̄mus tractatus continet quattuor capitula. In primo caplo inestigat diffinitionẽ m̃alem cõem aīe q̃ dicit̃ ↄclusio dẽmõstrationis: ⁊ hoc ĩ p̄ma lectione doc. sancti. In secundo aũt caplo: qđ incipit ibi. (Uniuersaliter aũt.) manifestat ⁊ declarat p̄dictam diffinitionẽ: ⁊ hoc in secũda lectione doctoris sancti. In tertio caplo qđ incipit. ibi. (Qm̃ aũt ex incertis.) inuestigat diffinitionẽ formalẽ ⁊ ppriam ipsi⁹ aīe q̃ dicit̃ p̄ncipiũ demonstrationis: demõstrãdo p̄mã diffinitionẽ per istã: ⁊ hoc in tertia lectiõe doc. sancti. In q̄rto caplo qđ incipit. ibi. (Ulteri⁹ aũt vero.) ostẽdit q̃liter p̄ncipia viuendi ꝯm diuersa gñã vite se hñãt ad aīam ⁊ adinuicẽ. ⁊ hoc ĩ quarta lectiõe doctoris sancti. In p̄mo aũt caplo facit duo. p̄mo ponit. vi. diuisiones ad inuestigãdũ diffinitionẽ propriã aīe: Quaꝝ p̄ma ẽ entis: ꝫ qđ diuidit̃ ĩ. x. p̄dicamẽta: Scđa ẽ substãtie ꝯm ꝙ diuidit̃ ĩ materiã ⁊ formã ⁊ totũ ↄpositũ q̃ inter se differũt: qr materia nõ est h̄ aliqđ ꝯm se: sꝫ in potẽtia tñ. forma aũt ẽ ꝯm quã aliqđ est ens in actu: sꝫ totũ ↄpositũ ẽ hoc aliud demõstratũ: qđ est cõpletũ in esse ⁊ ĩ specie. Tertia diuisio ẽ ipsius actus in actũ p̄mũ ⁊ actũ ꝯm. Quarta diuisio sbaꝝ ẽ. q̃dam est corporea q̃dam icorporea. Quinta diuisio ẽ sbaꝝ corporearũ: q̃dam ẽ artificialis ⁊ q̃dam ẽ nãlis. Sexta ẽ sbaꝝ nãlium. q̃dam sunt q̃ habẽt vitã: q̃daꝫ sunt q̃ nõ habẽt vitã. Scđo inestigat diffinitionẽ aīe ponẽdo quoqꝫ cõclusiões: Quarũ p̄ma ẽ ꝙ aīa ẽ act⁹: qđ pbat̃ tali ratione ꝓbi. Qr aīa ẽ sba ⁊ nõ est sba ↄposita. ergo vel ẽ mã vel ẽ forma siue actus: pꝫ ↄña per locũ a sufficiẽti diuisiõe. probatio maioris. ¶ Nã oẽ corpus physicũ est substantia: sed oẽ corpus habẽs vitã ẽ corpus physicũ: ergo necessariũ ẽ dicere ꝙ omne corpus sit substantia: sꝫ oẽ corpus habens vitã ↄponit̃ ex corpe qđ hꝫ vitã: ⁊ ex eo p qđ hꝫ vitã. s. aīa: ergo aīa ẽ sba: pꝫ sequela: qr sba nõ ↄponit̃ nisi ex substãtiis. pbat̃ minor quãtũ ad p̄mã ptẽ videlꝫ ꝙ nõ est sba ↄposita: qr ẽ ps ↄponẽs sbam habẽtẽ vitã vt ↄcessum ẽ: ergo nõ est ipm ↄpositũ. ¶ Scđa pars pꝫ ꝙ nõ ẽ corp⁹ siue mã: qr ẽ id p qđ aliqđ habẽs vitã viuit. sed corpus nõ est h⁹i nec mã: alioquin oẽ hñs corpus siue mãm viueret qđ ẽ falsuꝫ. ¶ Ex quo infert̃ ꝙ aīa ẽ actus corpis habẽtis vitã. Nã id p qđ habẽs vitã viuit: ẽ actus corporis habẽtis vitã: sed aīa est h⁹i vt dictũ est: ergo aīa est actus corpis hñtis vitã. mõ qdẽ in actu: qa id qđ hꝫ vitam in actu est totũ cõpositũ: sꝫ totũ ↄpositũ nõ debet poni in diffinitiõe forme: sed aīa nõ est actus corpis hñtis vitaꝫ in actu inquantũ h⁹i sed inquantũ ĩ potẽtia. Secũdo ĩfertur ꝙ aīa cum sit substãtia non est actus sicut qualiscũqꝫ forma: sed ẽ actus sicut forma substãtialis ꝯm quã aliqđ sit ens simpliciter. ¶ Cõtra predictã cõclusionẽ ⁊ pbationẽ eiusdẽ arguitur sic. ¶ Omne id qđ aduenit enti ĩ actu est accidẽs vt ↄcedit doctor. s. in presenti: sed aīa aduenit enti ĩ actu: ergo ⁊c. pbatio maioris: qr aduenit corpori organico physico, cum sit actus eius: similiter est actus corporis animati: sed oẽ corpus aīatum organicũ est ens in actu. ergo ⁊c. ¶ Preterea omne mouens motũ est corpus: ergo anima est corpus. ¶ Preterea ad idẽ oẽ mouens mouet p cõtactũ: sed oẽ tale ẽ quãtũ: ⁊ per ↄñs corpus: ergo idẽ vt supra. ¶ Preterea id qđ est de genere potẽtie circa p̄maꝫ mãm: est aliqđ includens de actu ⁊ h̄ potẽtia: ergo id quod est citra p̄mũ actũ ẽ aliqđ includẽs de actu ⁊ de potẽtia: ⁊ p ↄñs erit cõpositũ: sed aīa ẽ citra p̄mũ actũ de genere act⁹ existẽs: ergo est cõposita ex potentia ⁊ actu: ⁊ p ↄñs ex mã ⁊ forma. ¶ Preterea ad ideꝫ vbicũqꝫ sunt pprietates materie: ibi ẽ materia: sed ĩ aīa sunt pprietates materie. s. incipere actuare informare ⁊c. ergo ĩ aīa ẽ materia: ⁊ p ↄñs est ↄposita ex mã ⁊ forma. ¶ Preterea id quod est actus tantum nõ habet rõnem sui esse. vt pꝫ octauo metaphysice: sed aīa habet cãm sui esse: vt pꝫ de se: ergo aīa nõ est actus tantũ sed ↄposita ex actu ⁊ potẽtia. ¶ Preterea id quod est potẽtia nõ ẽ act⁹: sed anima est potentia p omnia vt pꝫ tertio huius: ergo non est actus. ¶ Ad p̄mũ dicẽdum ꝙ aīa nõ aduenit corpori animate quod sit actũ animatũ per aliquã aliam formã sed aduenit corpori animato qđ dicit̃ aīatum per ipsam in aduentu eius: sicut dicim⁹ ꝙ lumen est actus corporis lucidi. nõ ꝙ corpus sit lucidũ ante aduentum luminis seu lucis: sꝫ adueniente lumine corpus sit luminatum similiter corpus non est organizatum per aliquaꝫ formã aliam ab anima: vnde ratio non sequitur. ¶ Sed contra hanc responsionem arguunt. Nã in isto instanti in quo introducitur anima in corpe aut corpus est actu organizatum aut nõ. Si p̄mum sic sequitur ꝙ aduenit enti ĩ actu: ⁊ per consequens propositum. Non potest dici secũduꝫ qr determinata forma requirit determinatam materiaꝫ. alis quelibet forma potest introduci in qualibet materia. ¶ Dicenduꝫ ꝙ in toto tempore precedenti istud instãs introductionis: materia fuit organizata ⁊ disposita p dispositiones consequentes formam abiiciendaꝫ. sꝫ in illo instanti introductionis: materia fuit organizata ⁊ disposita per dispositiones consequentes formam introducen-

dam ad cuius introductionem corrumpitur omnes organizationes ⁊ dispositiones in numero. non quidem per se: sed per accidens ad corruptionem s. subiecti. remanent tamen eedem specie: unde materia dicitur semper disposita ⁊ organizata que est susceptibilis de propinquo illius forme que requirit organizationem. ¶ Ad secundum dicendum ꝙ duplex est mouens motum quoddam est mouens motum per se. quoddam est mouens motum per accidens siue per alterum: verum est ꝙ omne mouens motum: primo modo est corpus. ⁊ diuiditur in partem per se mouentem ⁊ partem per se motam. non autem mouens motum secundo modo. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ duplex est contactus. Quidam est contactus virtutis. aliud est contactus dimensionis seu quantitatis: verum est ꝙ omne mouens quod mouet per contactum dimensionis siue dimensionatum est corpus non autem quod mouet per contactum virtutis. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ anima non est actus primus in fine simplicitatis sed includit aliquid de potentia: non tamen oportet ꝙ illa potentia sit materia. vnde ideo non sequitur ꝙ sit composita ex materia ⁊ forma ⁊c. ¶ Ad quintum dicendum ꝙ proprietas materie non conueniunt anime vniuoce sed equiuoce tantum: videlicet secundum diuersas rationes. ¶ Ad sextum dicendum ꝙ illud quod est actus tantum non habet causam formalem sui esse: ⁊ sic intelligitur dictum phylosophi: bene habet tamen causam efficientem. vnde anima non habet causam formalem: licet habeat efficientem. ¶ Ad vltimum dicendum ꝙ illud quod est potentia non est actus respectu eiusdem: sed bene respectu diuersorum: vnde licet anima sit potentia respectu specierum intelligibilium: est tamen actus respectu corporis habentis vitam in potentia. ¶ Secunda conclusio. anima est actus primus: hanc conclusionem probat philosophus tali ratione. Nam sicut se habet scientia ad considerare: ita se habet anima per respectum ad diuersas suas operationes: sed scientia est actus primus scientis: ergo sequitur ꝙ anima est actus primus corporis animati. ¶ Contra hanc conclusionem sic arguitur: anima est actus sicut scientia vt habetur hic in textu: sed scientia: (cum sit forma accidentalis) est actus secundus: quia omnis forma accidentalis presupponit formam substantialem: ergo anima non est actus primus sed secundus. ¶ Preterea licet anima rationalis est substantia: ⁊ tamen non vniuersalis: ergo particularis. sed omnis substantia particularis nature rationalis est indiuidua: ergo anima rationalis non est actus primus sed composita ex actu. ¶ Preterea id quod presupponit aliquam formam accidentalem in materia: non est actus primus: sed anima presupponit formam accidentalem. ergo ⁊c. Probatio maioris. quia anima prius presupponit virtutem generatiuam in semine. sed talis virtus est forma accidentalis. ergo ⁊c. ¶ Ad primum dicendum ꝙ scientia potest considerari dupliciter. Uno modo per respectum ad scientem: inquantum sciens est. Alio modo per respectum ad istum ꝙ est sciens: si capiatur scientia primo modo sic scientia est actus primus ⁊ essentialis scientis: ⁊ isto modo capitur hic: si vero capitur secundo modo sic est actus secundus vel dicendum ꝙ comparando scientiam ad animam. scientia est actus secundus: sed comparando scientiam ad considerare scientia est actus primus. ¶ Ad secundum dicendum ꝙ anima non est substantia completa vnde non oportet ꝙ sit vniuersalis vel particularis. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ illa forma que presupponit aliquam formam accidentalem in eodem subiecto. dicitur esse actus secundus: non autem illa forma que presupponit aliquam formam accidentalem in alio subiecto. virtus autem generatiua non est subiectiue in illa parte materie seminis in qua introducitur in anima: secundum ꝙ inferius declarabitur: vnde ratio non sequitur. ¶ Tertia conclusio est ꝙ anima est actus corporis organici physici. Que probatur sic. Talis debet esse materia actus: qualem requirunt operationes illius actus sed operationes ipsius anime (cum sint diuerse) requirunt diuersitatem partium secundum situm ⁊ figuram in eodem

corpore. ergo oportet ꝙ anima sit actus corporis organici. nam corpus organicum dicitur illud quod habet diuersitatem partium distinctarum secundum situm ⁊ figuram. ¶ Contra hanc conclusionem sic arguitur. Id quod est separatum a corpore non est actus corporis: sed anima potissime rationalis est separata a corpore: vt patet tertio huius: ergo anima rationalis non est actus corporis. ¶ Preterea vnumquodque recipitur in alio per modum recipientis: si ergo anima rationalis esset actus corporis: susciperet ad modum corporis: sed corpus est indiuiduatum ⁊ determinate materie. ⁊ per consequens non posset anima omnia intelligere nec vniuersalia. ¶ Preterea actus per se conuenit illi cuius est actus: sed id quod conuenit alicui per se est inseparabile ab illo: cum ergo anima rationalis sit separabilis a corpore: sequitur ꝙ anima rationalis non est actus corporis. ¶ Ad primum dicendum ꝙ anima rationalis licet sit separata a corpore secundum operationem intellectiuam non tamen est separata secundum esse loquendo de anima coniuncta. vel dicendum ꝙ licet anima sit separata a corpore quantum ad actum secundum qui est intelligere (quia non est actus alicuius organi corporalis.) non tamen est separata quantum ad actum primum: quia est forma corporis ¶ Ad secundum dicendum ꝙ licet anima sit indiuiduata in corpore ⁊ determinate materie quantum ad esse: tamen quantum ad operationem intellectiuam: est vniuersalis cum talis operatio non indigeat corpore organico siue instrumentali. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ anima conuenit per se corpori: sicut esse sursum conuenit per se leui: sicut ergo quando leuia sunt extra suum proprium locum: in eis remanet aptitudo naturalis ad talem locum: ita anima rationalis quando est separata remanet in eis naturalis aptitudo ad proprium corpus. ¶ Quarta conclusio que sequitur ex precedentibus est ista ꝙ diffinitio anime que dicitur communis ⁊ materialis est ista: anima est actus primus organici physici. Que conclusio probatur dupliciter. Primo per rationes precedentes: quod enim sit actus patet per precedentem conclusionem primam: ⁊ ꝙ sit actus corporis organici patet per secundam conclusionem. Secundo probatur quia conuenit omni anime soli ⁊ semper ⁊ indicat totum eius a prima potentia vsque ad vltimum actum. ¶ Contra hanc conclusionem arguitur sic. Illud quod potest diffiniri: habet genus ⁊ differentiam sed anima (cum non sit species sed pars speciei.) non habet genus ⁊ differentiam. ergo non potest diffiniri. ¶ Preterea omne diffinitum est diuisibile in partes diffinientes sed anima: (cum sit forma simplex) non est diuisibilis. ergo ⁊c. ¶ Preterea ista diffinitio non conuenit anime rationali: ergo non conuenit in commento sub diffinito assumptum. probatio. quia forma debet esse proportionata materie: sed anima rationalis est incorruptibilis ⁊ corpus est corruptibile: ergo ⁊c. ¶ Preterea anima est forma simplex: corpus organicum habet magnam diuersitatem: ergo anima rationalis non est actus corporis organici. ¶ Preterea si anima esset actus corporis organici aut organizatio fieret ante introductionem eius: vel in instanti introductionis. Non secundum quia nullus motus potest fieri in instanti sine motu alterationis: si primum vel illa organizatio remanet organizatio: ⁊ per consequens anima vnitur corpori non organizato. ¶ Ad primum dicendum ꝙ illud argumentum procedit de diffinitione propriissime dicta. ¶ Ad secundum dicendum ꝙ licet anima sit forma simplex secundum essentiam potest tamen diuidi in partes rationis. Ad tertium dicendum ꝙ licet anima rationalis secundum essentiam suam: (vt supradictum est.) sit incorruptibilis: tamen requirit (propter diuersas operationes eius) corpus bene complexionatum ad quam quidem complexionabilitatem sequitur corruptibilitas necessitate materie. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ anima est simplex quantum ad essentiam: multiplex tamen est quantum ad potentiam ⁊ virtutem: ⁊ ideo propter operationes diuersas requirit corpus organicum. ¶ Ad vltimum dicendum ꝙ ista organizatio per se fit in tempore precedenti introductionem

forme que corrumpitur per accidens in instanti introductionis: in quo introducitur per accidens noua organizatio simul cum anima: et quando dicitur quod organizatio non potest fieri in instanti verum est per se. tamen per accidens fieri potest in instanti presupposita prima organizatione. ¶ Quinta conclusio. anima vnitur corpori organizato sine metaphysico: probatur. quia propria perfectio vnitur immediate proprio perfectibili: sed anima est propria perfectio corporis organici cum sit eius forma substantialis. ergo &c. ¶ Contra hanc conclusionem arguitur sic. Anima vnitur materie disposite: ergo vnitur materie mediantibus dispositionibus. ¶ Preterea diuerse forme secundum speciem non possunt vniri diuersis partibus materie nisi sint diuerse per quantitatem: ergo anima vnitur materie mediante quantitate. ¶ Ad primum dicendum quod anima vnitur materie prime que in toto tempore precedente instans introductionis fuit disposita per dispositiones consequentes formam abiiciendam vt subiectum est. que corrumpitur in aduentu forme: et in aduentu forme est disposita per dispositiones consequentes naturaliter formam introducendam. Sed contra hanc responsionem arguitur. aut anima in instanti introductionis vnitur materie nude aut non. Si secundum habetur intentum: videlicet quod vnitur mediante medio. Si primum: ergo non vnitur materie disposite. ¶ Dicendum quod materia potest dici nuda dupliciter. Uno modo per carentiam cuiuscunque forme: sic materia nunquam dicitur nuda. Alio modo per carentiam formarum et dispositionum precedentium formam introducendam: et isto modo anima vnitur materie nude: quia in introductione corrumpuntur omnes forme et dispositiones precedentes: et simul cum eis introducuntur alie dispositiones et accidentia in numero. Sed contra arguitur. In eodem instanti corrumpuntur precedentes dispositiones et introducuntur sequentes aut in vno et alio. Si primum sequeretur quod in eodem instanti erunt contrarie et diuerse forme in eodem simul. Si secundum cum inter quelibet duo instantia mediat tempus: sequitur quod erit dabile tempus in quo materia erit sine omni forma. Dicendum quod in vno et eodem instanti temporis corrumpuntur per accidens omnes precedentes dispositiones et introducuntur sequentes: nec propter hoc sequitur quod in vno et eodem simul sunt diuerse forme: quia ea que in instanti corrumpuntur: tunc corrumpi non possunt: vnde bene sequitur. anima corrumpitur. ergo anima non est: sed immediate ante fuit. Sic bene sequitur: anima introducitur: ergo anima est: et immediate ante non fuit. Et si queratur vtrum in vltimo instanti in quo remouetur forma abiicienda introducitur alia forma. Respondendum est negando sumptum: quia non est dabile vnum et vltimum instans forme corrumpende: sed bene primum instans non esse eius: quod quidem instans est instans primum sub esse forme introducende. ¶ Ad secundum patet solutio per ea que dicta sunt: verumtamen considerandum est quod anima secundum essentiam considerata preintelligitur vniri materie nude eius ante omnia accidentia: tamen si consideretur quantum ad vltimos eius gradus perfectionis: sic aliqua accidentia preintelliguntur precedere ipsam animam verbi gratia. anima dat corpori esse substantiale: esse corporeum et esse animatum: sed quantitas sequitur ipsam animam et quantum ad hoc quod est dare esse substantiale: sed tamen preintelligitur precedere ipsam animam secundum quod dat esse animatum. ¶ Circa predicta dubitatur primo vtrum anima habeat diffiniri per suum subiectum: et arguitur primo contra suppositum: quia illa forma que habet subiectum est accidentalis. anima non est forma accidentalis: ergo anima non habet subiectum. ¶ Preterea arguitur contra suppositum: quia si subiectum anime poneretur in diffinitione eius: aut poneretur tanquam pars essentialis eius: aut tanquam per additamentum. Non primum: quia corpus non sit pars essentialis anime. Nec secundum quia hoc est proprium accidentis diffiniri per additamentum vt adducit doctor sanctus in plerisque locis. ¶ Dicendum quod anima habet diffiniri per suum subiectum: quia illud quod non habet esse completum in specie: sed dependens habet diffiniri per illud a quo dependet: et inde est quod accidentia habent diffiniri per subiectum: vt patet septimo metaphysice: sed nulla forma rei naturalis est quid completum in specie: complementum enim speciei conuenit substantie composite: vnde omnis quelibet forma diffinitur per aliquid quod est extra essentiam eius: videlicet per totum subiectum: sed anima est forma naturalis: ergo &c. ¶ Ad primam rationem dubii: dicendum quod subiectum accipitur dupliciter. Uno modo proprie: videlicet pro eo quod per se subsistens dat stabilimentum essendi alteri: et isto modo illud quod habet subiectum dicitur forma accidentalis. Alio modo: videlicet pro omni eo quod est susceptiuum perfectionis siue substantialis siue accidentalis et isto modo non oportet quod illud quod habet sensum sit forma accidentalis: sicut accipitur in proposito. ¶ Ad secundum dicendum quod anima diffinitur per suum subiectum: non tanquam per partem essentie eius: sed tanquam per aliquid quod est extra essentiam eius: non enim dicitur diffinitio per additamentum: nisi quia aliquid dicitur diffiniri per additamentum dum aliquid diffinitur per aliud alterius generis predicamentalis. modo manifestum est quod forma et materia sunt eiusdem generis. vnde cum forma diffinitur per materiam non diffinitur per additamentum nisi largo modo loquendo. ¶ Dubitatur secundo vtrum inter formas naturales sola anima rationalis sit per se subsistens. Arguitur primo quod non contra assumptum quia illud quod est per se subsistens est hoc aliquid: sed anima rationalis non est hoc aliquid sed est id quo aliquid est: ergo non est per se subsistens. ¶ Preterea id quod est per se subsistens habet propriam operationem sine corpore: sed anima rationalis cum non intelligat nisi mediantibus phantasmatibus: non habet operationem aliquam sine corpore: ergo &c. ¶ Preterea arguitur contra propositum: sicut se habet intellectiuum ad intelligibilia: ita se habet sensitiuum ad sensibilia: sed intellectiuum apprehendit intelligibilia sine corpore: ergo sensitiuum apprehendit sensibilia sine corpore. tunc sic. Illud quod habet operationem per se: est per se subsistens: sed anima rationalis habet operationem per se sine corpore vt probatum est: ergo est per se subsistens. ¶ Responsio: dicendum quod solum anima rationalis est per se subsistens: quod sic patet: quia solum illud dicitur per se subsistens quod habet propriam operationem sine corpore. sed solum anima rationalis est huiusmodi: ergo &c. ¶ Ad primum dicendum quod aliquid dicitur per se subsistens dupliciter. Uno modo subsistentia completa tanquam aliquid completum in specie: et isto modo anima non est per se subsistens. Alio modo dicitur aliquid per se subsistens subsistentia incompleta: et isto modo anima rationalis est per se subsistens. vnde non oportet quod significet hoc aliquid proprie accipiendo hoc aliquid. ¶ Ad secundum dicendum quod licet operatio anime intellectiue (vt supra dictum est.) indigeat corpore obiectiue: non tamen instrumentaliter: ergo &c. ¶ Ad tertium dicendum quod simile est inter intellectum et sensum in hoc quod vnumquodque ipsorum est in potentia ad suum obiectum: est tamen dissimile in hoc quod sensus suscipit sensibilia cum quadam immutatione corporali. intellectus autem non nisi forte per accidens. vnde ratio non sequitur. ¶ Dubitatur tertio vtrum illud dicitur habere vitam quod habet per seipsum augmentum et decrementum et alimentum. Et videtur quod non: quia deo vita propriissime attribuitur: vt probat phylosophus duodecimo metaphysice: et tamen in deo non est alimentum neque augmentum: ergo &c. In contrarium est phylosophus in litera. ¶ Dicendum quod de eo quod est habere vitam possumus loqui dupliciter. Uno modo in generabilibus et corruptibilibus sicut hic phylosophus loquitur per modum exempli: et isto modo habere vitam dicitur illud quod per seipsum habet alimentum &c. Alio modo possumus loqui vniuersaliter et absolute: sic aliquid dicitur habere vitam ex hoc quod per se est aptum natum mouere seipsum aut motu intellectuali aut motu physico: et isto modo procedebat ratio dubii. ¶ Dubitatur quarto vtrum in vno et eo

dem composito sint plures forme substantiales secundum essentiam distincte: ꝛ arguitur ꝙ sic. ℂ Nam vnius ꝛ eiusdem rei sunt plura predicamenta formalia ꝛ essentialia: ergo vnius ꝛ eiusdem rei sunt plures forme substantiales: patet consequētia: quia predicamenta formalia sumuntur a formis. ℂ Preterea anima est actus corporis: vt patet per diffinitionem anime: sed materia prima nō dicit actu nisi per aliquam formam: ergo sequitur ꝙ in corpore animato est forma corporis ꝛ ipsa anima: ꝛ per consequens plures forme. ℂ Preterea corporeitas est forma a qua materia nunquam potest denudari (vt concedit doctor sanctus in secundo sententiarum:) ergo sequitur ꝙ in eodem est forma corporeitatis ꝛ forma specifica. ℂ Preterea omne mouens seipsum diuiditur in partem per se mouentē ꝛ partē per se motā vt patet ex octauo physicorum: sed corpus animatū est mouens seipsum: ergo diuidit in partem per se mouentem. s. animā ꝛ partē per se motam. s. corpus: sed materia prima non potest esse pars per se mota: ergo corpus (quod est pars per se mota) est informatum alia forma. ℂ Preterea in corpore mixto reperiuntur quattuor elementa: ergo in eis reperiuntur forme substantiales eorū: ꝛ sic in eodem corpore mixto reperiuntur plures forme substantiales. ℂ Preterea in quolibet composito naturali est forma totius ꝛ forma partis. sed forma totius ꝛ forma partis sunt forme realiter distincte secundum doctorē sanctū: licet albertus aliter teneat: ergo ꝛc. ℂ Preterea ab vno ꝛ eodem non procedit nisi vnum: sed ab anima procedunt diuerse operationes: ergo cum forma sit principium operationis: sequitur ꝙ in corpore animato sunt diuerse forme. ℂ Preterea omne generās vniuocum generat sibi simile in specie. sed homo est generans vniuocum hominis: ergo generat aliquid sibi simile: sꝫ non potest generare sibi simile in specie nisi producendo formam substantialem: ergo homo generans producit formam substantialem: ꝛ sic in homine generato erunt due forme. ℂ Preterea generatio hominis dicitur naturalis: ergo terminatur ad formam naturalem: sed nō terminatur ad animā rationalem: alias generans naturale attingeret essentiam eius: quod non solū est falsum: sed ēt hereticum. ergo in homine est vna forma que acquiritur per generationem: ꝛ alia que acquiritur per creationem ꝛ sic idem vt supra. ℂ Preterea ꝙ vni est substantia nulli est accidens: vt patet primo physicorum: sed sensitiuum in bruto est forma substantialis: ergo sensitiuum in homine erit forma substantialis. ℂ Preterea vbi remanent accidentia consequētia aliquam formam: ibi est ipsa forma sed in mortuo remanent accidentia consequentia formam corporeitatis. s. figure ꝛ quantitatis: ergo in mortuo remanet forma corporeitatis: cū ergo in mortuo sit forma etiā sequitur ꝙ in eodē cōposito sint plures forme substātiales. ℂ Responsio dicendum (dimissis varijs opinionibus in primo de generatiōe ꝛ in prima phylosophia perscrutādis diuersimode) ꝙ impossibile est (vt hic expresse doctor sanctus concludit) vnius rei esse plures formas substantiales. ℂ Pro cuius declaratione supponit vnū: scilicet ꝙ differentia inter formam substātialē ꝛ accidentalē est hec: scilicet ꝙ forma accidētalis nō facit ens actu simpliciter: sed ens actu tale vel tantum aut quantū vtputa magnum vel album vel aliquid huiusmodi: vt patet septimo metaphysice: sed forma substātialis facit ens actu simpliciter. Ex qua differentia sequitur alia: videlicet ꝙ forma dicitur accidentalis que aduenit subiecto existenti in actu: sed forma substantialis non aduenit subiecto iam existenti in actu sed in potentia tantū. scilicet materie prime. Quo supposito probat tali ratione: quia si vnius rei essent plures forme substantiales consequēter se habentes secundum prius ꝛ posterius (vt voluerunt aduersarij) sequeretur ꝙ prima faceret ens actu simpliciter: vt patet per primā differentiā: ꝛ per consequens omnes alie forme consequenter aduenirent subiecto iā existenti in actu. ꝛ sic accidentaliter aduenirent. vt patet per secundam differentiā sic non essent forme substātiales: sed accidentales quod est cōtra hypothesim. ℂ Preterea omnes alie forme consequentes primam non facerent ens actu simpliciter enim iā esset ens actu simpliciter per primā formā: sed facerent ens actu secundum quid. sic essent forme accidentales: vt patet per primā differentiā. vnde impossibile est vnius rei esse plures formas substantiales per predicta tollitur ratio Auicenne in libro fontis vite: qui posuit ꝙ secundū ordinē generum et specierum est ordo plurium formarum substantialium in vna ꝛ eadē re: vtputa ꝙ in hoc indiuiduo esset vna per quam est substantia: ꝛ alia per quā est corpus: ꝛ tertia per quā est animatū corpus ꝛ sic de alijs. Sed secūdū premissa oꝫ dicere ꝙ vna ꝛ eadē forma substātialis est per quā hoc indiuiduū est substātia: ꝛ per quā est corpus: ꝛ per quā est animatum corpus sic de alijs. secundum tamen diuersos gradus perfectionis eiusdem. forma. n. perfectior dat materie quod dat forma minus perfecta ꝛ adhuc amplius. vnde anima non solū facit esse substantiam ꝛ corpus quod et facit forma lapidis: sed etiā facit esse animatum corpus: non ergo est intelligendū ꝙ anima sit actus corporis quasi corpus sit constitutū per vnam formam que faciat eum esse corpus ꝛ anima superueniens ei faciat esse viuū corpus: sed quia ab anima habet ꝙ sit corpus ꝛ ꝙ sit corpus viuum: sed hoc ꝙ est esse corpus imperfectius quasi materiale respectu vite. ꝛ inde est ꝙ recedente aīa non remanet idē corpus specie: nam oculus ꝛ caro non dicuntur in mortuo nisi equiuoce: vt per phylosophum in tertio metaphysice. Recedente. n. anima succedit alia forma substantialis que dat aliud esse specificum cū corruptio vnius non sit sine generatione alterius: hec. n. omnia doctor sanctus in presenti lectione formaliter. ꝛ hoc patet solutio ad duo argumenta. primo in principio dubij adducta. ℂ Ad tertium dicendum ꝙ corporeitas potest dupliciter accipi. Uno modo vt dicit formam corporeitatis distinctā a formis specificis. Alio modo vt dicit gradum perfectionis genericū cōsequentem formā genericam quāni ad eius essentiā precedentē. in gradum specificum perfectionis eiusdem forme. primo modo materia potest denudari a corporeitate: licet non secundo mō. ℂ Ad quartū dicēdū ꝙ corpus animatū diuidit in partem per se mouentē que est animatū virtute anime eius considerata: ꝛ in partem per se motā: que est corpus cum anima secundū suum esse consideratū. Non est ergo intelligendum ꝙ anima sit pars per se mouens secundum eius totum ambitum considerata: ꝛ ꝙ corpus sit pars per se mota seclusa anima: vt inquit doctor sanctus in prima parte questione septuagesima octaua. ℂ Ad quintum dicendum ꝙ forme elementorum sunt in mixto non quidem formaliter sed virtualiter vt quo alias latius disputabitur. ℂ Ad sextum dicendum ꝙ vnius rei esse plures formas substantiales potest intelligi dupliciter. Uno modo ꝙ in vno sint plures forme virtualiter ꝛ sic non est inconueniens ponere pluralitatem formarum. Alio modo formaliter ꝛ hoc dupliciter. Uno modo ꝙ tales forme sint realiter distincte. Alio modo ꝙ sint distincte secundum rationem. Si secundo modo sic etiam non est incōueniens. Si primo modo ꝛ hoc dupliciter vel loquendo de forma totius tantum: vel de forma totius ꝛ partis: voco autem formā partis que est altera pars totius compositi: formā vero totius que resultat ex vnione partis cū forma. Si secundo modo: sic etiam nō est inconueniens ponere pluralitatem formarum vt volunt argumentum. Si primo modo est inconueniens de quo procedit questio dubij. ℂ Ad septimū dicendū ꝙ ab vno inquantū vnū non procedit nisi vnum loquendo in agentibus naturalibus: secus autem loquēdo in agentibus secundum voluntatem: sed ab vno quod est vnum secundum essentiam: multiplex tamē secundum virtutē (quadmodū est aīa) bene procedunt diuerse. ℂ Ad octauū

dicendum ꝙ homo generat sibi simile non ex eo quod introduci formam substãtialem: sed quia disponit ma-teriam vltima dispositione ad introductionē forme sub-stantialis. scilicet anime rationalis que per solaꝫ creatio-nem infunditur: neqꝫ tamen propter hoc sequitur ꝙ ho-mo sit imperfectius generans ꝙ̃ asinus qui in toto ducit formam substantialem per suam generationem qꝛ mul-to nobilius est ⁊ perfectius disponere materiam ad in-troductionem anime rationalis ꝙ̃ producere aliaꝫ quã-cunqꝫ formaꝫ naturalem. ⁊ per hoc patet solutio ad no-num. ¶ Ad decimum dicendum ꝙ anima sensitiua est forma substantialis in homine non quidem secundum esse-tiam distincta ab anima rationali: sed fm̄ rationeꝫ vt infra probabit̄: ¶ Ad vndecimum dicendum ꝙ illa accidentia non remanēt eadem numero in mortuo que prius fuerant in viuo: sed fm̄ speciem tantum.

¶ Sequitur in textu. (Uniuersaliter quidem dictū est quid est anima ⁊c.)

Hic incipit lectio secunda eiusdem libri: ⁊ in commen-to sancti Thome.

1 Stud est secundum capituluꝫ primi tractatus in quo phylosophus manifestando predictam diffinitionem ponit vnam conclusionem ex qua infert vnuꝫ corre-lariuꝫ. ¶ Conclusio est ista ꝙ anima est substantia ⁊ qđ quid est corporis animati, potentia vitam habentis: hāc conclusionem probat phylosophus duabus rationibus. Quarum prima est. Sicut est in artificialibus: ita ē i na-turalibus: sed in artificialibus: si dolabra esset corpus na-turale sua forma esset substantia ⁊ quod quid est ipsius dolabre. ergo in naturalibus forma est substantia ⁊ qđ quid est eius. Cum ergo corpus animatum sit ens natu-rale: ⁊ anima sit eius forma vt supra concessum est: seq̄-tur ꝙ anima est substantia ⁊ quod quid est corporis aīati. ¶ Secunda ratio est. Sicut ē in partibus animalis: ita in toto animali: sed in partibus animalis ita est ꝙ si ocu-lus esset animal: oporteret ꝙ visus esset anima ⁊ substā-tia eius. ergo oportet ꝙ i toto animali ita se habeat ꝙ for-ma eius scilicet anima sit eius substantia. probatio maio-ris: qꝛ si oculus esset animal ⁊ ab eo remoueret̄ anima: non maneret oculus nisi equiuoce. ¶ Ex his duabus ra-tionibus potest elici vna talis ratio: videlicet. Illud ē sub-stantia ⁊ qđ quid est: quo remoto nō remanet id nisi eq-uoce: sed remota anima non remanet animal nisi equiuo-ce: ergo anima est substantia: ⁊ quod quid est corporis animati. Ex predictis infert phylosophus vnum corre-larium: videlicet ꝙ cum anima sit actus totius corporis ⁊ partes eius sint actus partiuꝫ: ⁊ forma non separetur ab eo cuius est forma: necessario sequitur ꝙ anima non potest separari a corpore: vel ipsa tota vel alique partes eius si nata est habere partes. ¶ Contra predictam con-clusionem arguitur sic. ¶ Prius non habet notificari p posterius: sed forma artificialis cum sit accidentalis: ⁊ partes anim e sint posteriores ipsa anima: ergo videtur ꝙ anima non conuenienter notificetur per formas artifi-ciales ⁊ partes corporis animati. ¶ Preterea si forma dolabre remoueretur: non remaneret dolabra equiuoce sed vniuoce: ergo, forma dolabre non est substantia siue quod quid est eius: patet consequentia. quia vt dictum est illud est substantia: quo remoto non remanet illud ni-si equiuoce. ¶ Ad primum dicendū ꝙ prius potest no-tificari per posterius quo ad nos (vt dicit hic doctor san-ctus:) vnde quia forma accidentalis cum sit propinqui-or sensui ꝙ̃ forma substantialis: conuenienter notificatur per artificialem. ⁊ quia ex obiectis ⁊ partibus ipsarum potentiarum deuenimus in cognitionem ipsius anime. ideo etiaꝫ ipsa aīa notificat̄ per partes eius. ¶ Ad scđm dicendaꝫ ꝙ dolabra potest capi dupliciter. Uno modo absolute secundum ꝙ est artificialis res. ⁊ sic verum est ꝙ forma eius non est substantia eius. Alio modo potest considerari conditionaliter vt puta si dolabra esset corp⁹ materiale: ⁊ sic isto modo forma eius esset substãtia ei⁹. ¶ Contra textum dubitatur vtrum anima sit substantia corporis animati habentis vitam in potentia ⁊ arguitur ꝙ non: Quia id quod habet principium vite: habet vitā in actu: sed corpus animatum habet principium vite sci-licet animam: ergo habet vitaꝫ in actu ⁊ per consequēs anima est substantia corporis animam habentis vitam in actu ⁊ non in potentia. ¶ In contrariuꝫ arguitur p phy-losophum in littera. ¶ Responsio dicendum ꝙ anima est substantia corporis hñ̄us vitā in potētia. ¶ Pro cuius declaratione notandū primo ꝙ vita potest capi, dupliciter. Uno modo pro esse viuentis: sicut dicimus ꝙ viue-re viuentibus est esse. Alio modo accipit̄ vita pro viuifi-operatione: sicut dicimus aliquid viuere: quia mouet se ipsum. Ex quo sequitur quod aliquid potest habere vi-tam in potentia dupliciter. Uno modo accipiendo vitaꝫ primo modo ⁊ sic illud quod nondum habet animaꝫ: quod natum tamen est habere: dicitur habere, vitam in potentia. Alio modo accipitur vita secundo modo: ⁊ sic illo modo dicitur habere vitam in potentia quod habꝫ principium vite: scilicet animam tamen non in actu ope-ratur per eam. ¶ Notandum secundo ꝙ duplex est po-tentia: vt etiam ex dictis concluditur: quedam enim est abiiciens animaꝫ: quedam non abiiciens animaꝫ: ꝫ ope-rationes eius. ¶ Notandum tertio ꝙ duplex est poten-tia. Quedaꝫ est coniuncta actui: que scilicet stat sub actu. Alia est distans ab actu: quando scilicet non actu perficit-tur per formam: tamen de proximo apta nata est perfi-ci. Quibus suppositis dicendum est animam esse substā-tiam corporis habentis vitaꝫ potest intelligi dupliciter: vel accipiendo vitam secundo modo: ⁊ sic conceditur vel primo modo: ⁊ hoc dupliciter. vel loquendo de poten-tia coniuncta actui. vel distante. Si primo modo sic etiā conceditur. Si secundo modo sic anima non est substan-tia corporis habētis vitam in potentia sed ī actu vt volu-it argumentum dubii. Ex quo pꝫ solutio eius.

¶ Sequitur in textu. (Quoniam auteꝫ ex incertis ⁊c.)

Hic incipit lectio tertia eiusdem libri: ⁊ in commento sancti Thome.

1 Stud est tertium capituluꝫ primi tractatus: in quo phylosophus volens demonstrare predictam diffinitionem anime ponit tres conclusiones. Quarum prima est quod anima est corporis viuentis actus ⁊ forma. Quaꝫ conclusionem probat phylosophus tali ratione. ¶ Illud quod est principiū viuendi: est corporis viuentis actus ⁊ forma: sed anima est principium viuendi in his que viuunt: ergo anima est principium corporis viuentis actus ⁊ forma. Probatio medie. nam illo modo per quod differunt animata ab inanimatis est principiuꝫ vi-uendi cum animata differant ab inanimatis in viuendo: sed animata differunt a non animatis per animam: ergo anima est principium viuendi quod fuit probandum. ¶ Contra hanc rationem arguitur sic. ¶ Quelibet for-ma naturalis est natura. sicut patet per phylosophum se-cundo physicorum: sed anima non est natura vt dicit hic phs: cū natura nō moueat ad 2ria loca. aīa.n. mouet ad 2ria loca vt iferius patebit: ergo aīa nō est forma corpo-ris viuentis. ¶ Preterea proprium perfectibile nō po-test esse sine propria forma: sed aliqua sunt viuentia sine anima: vt patet de corpore celesti ⁊ spiritualibus creatu-ris: ergo idem vt supra. ¶ Preterea potētie anime sūt principia viuendi: vt infra concedit phylosophus. Et ta-men non sunt corporis viuentis forma: ergo maior pro-bationis falsa. ¶ Ad primum dicendum quod formam quamlibet esse naturam potest intelligi dupl'r. vno mō sic ꝙ sit pricipiū motus ⁊ quietis: ⁊ sic quelibet forma nā'-lis est natura. Alio modo qđ operet̄ per modū nature: ⁊ sic nō q̄libet forma nālis est natura. Nam natura non-

monet ad contraria loca. ¶ Sed determinat ad viuum.
anima vero mouet ad contraria loca vt ad sensuz p3: vn
de aīa nõ dicit natura secundo modo. ¶ Ad secundum
dicendū ꝙ nullū corpus viuit sine anima formaliter ⁊ in
tensiue. Corpora autem celestia non dicunt viuere for
maliter sed forsitan effectiue: quia mouent ab intelligen
tia. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ duplex est principiū vi
uendi. Quoddam est primū principium de quo est hic
ad propositum. Aliud est principium proximum licet er
go potentie anime sint principia viuendi immediata: ca
piendo viuere pro operatione vitali. aīa tū est principium
primum in cuius virtute potentie operant. ¶ Secūda
conclusio: tantū quattuor sunt modi viuendi: vnus .s. per
intellectum: alius p sensum: alius per motū localē: alius
per motum alimenti decrementi ⁊ augmenti. Que con
clusio probat tali rõne. Modus viuēdi est secundū quē
sumit aliquis gradus viuentiū: sed tantū sunt quattuor
gradus viuentium: ergo sunt tantū quattuor modi viuē
di. probatio minoris. Nā in quibusdam viuentibus in
uenit tantum augmentum decrementū ⁊ alimentū: sci
licet in plantis. In quibusdaz vero cum his inuenit sen
sus sine motu locali: sicut i animalibus imperfectis. Ul
terius vo in quibusdā inuenitur motus secunduz locum
sicut in animalib⁹ perfectis que mouent motu progres
siuo. In quibusdam vero cum his inuenit intellectus .s.
in hominibus. Contra hanc conclusionem arguitur sic.
¶ Quinqz sunt genera operationuz anime: vt phyloso
phus infra determinat ⁊ supra cōcessit videlicet vegeta
tiuum sensitiuum motiuum secundum locum appeti
tiuum ⁊ intellectiuū: ergo quinqz sunt modi viuēdi ⁊ nō
tantum quattuor. ¶ Preterea vbicūqz est phantasia ibi
est motus localis: sed in animalibus iperfectis est phan
tasia saltē iperfecta cuz in eis sit sensus: ergo in ipsis ē mo
tus localis ⁊ per consequens sensus ⁊ motus localis non
faciunt diuersos modos viuendi. ¶ Ad primum dicen
dum negando consequentiā: quia phylosophus non in
tendit distinguere hic modos viuendi secundum diuer
sa genera operationuz anime. sed secundū diuersos gra
dus viuentiuz. Unde enim appetitiuū non faciat aliquaz
diuersitatē in gradibus viuentiū: cū vbicunqz sit sensus
ibi sit appetitus: sequit ꝙ appetitiuuz non cōstituat mo
dum diuersum ab aliis. ¶ Ad secundū dicendum ꝙ du
plex est motus localis: quidā est imperfectus videlicet
motus dilationis aut constrictionis: ⁊ talis bene inuen
tur in animalibus iperfectis. Alius est motus localis p
fectus: ⁊ talis solum reperit in aīalibus perfectis ꝗ qui
dem constituit modum viuendi distinctum ab aliis non
autez primus. ¶ Tertia conclusio vegetabilia viuunt:
que probat tali ratione. In quibuscunqz enim est vnus
predictorum quattuor modoruz viuendi: illa dicunt vi
uere: sed omnia vegetabilia sunt huiusmodi. omnia. n ha
bent in seipsis potentiam quandaz ⁊ principium quo su
scipiunt motum augmenti ⁊ decrementi: ergo sequit ꝙ
vegetabilia viuūt ⁊ non solum viuunt (vt dicit doctor
sanctus:) dum augentur ⁊ decrescunt: sed tandiu viuūt
quandiu possunt accipere nutrimentum per quod fit au
gmentū. Ex predicta conclusione phylosoph⁹ infert pri
mo ꝙ animalia tam imperfecta ꝙ̄ pfecta similiter ⁊ ho
mines viuunt: quia in omnibus animalibus est aliquis
modus viuendi cum in eis sit sensus presertim sensus ta
ctus sine quo in eis non est vita. Secundo modo infert
ꝙ inter predictos modos viuendi ille modus qui est se
cūduz augmentuz ⁊ decrementū est prius ordine natu
re generationis: quod sic p3: naz quādo duo sic se habēt
ꝙ vnuz est ab altero separabile ⁊ nō ecōuerso: illud qð
est separabile est prius: sed inter predictos modos viuē
di ille modus qui sumitur secunduz principium augmē
ti ⁊ alimēti potest separari ab aliis modis viuēdi ⁊ non
ecōuerso: loquendo in rebus naturalibus: nam ille mo
dus viuēdi reperit in plātis: scilicet i quibus alius mo
dus nõ reperitur: ergo ille modus est prius. ¶ Circa
predicta dubitatur primo vtrum predicta diffinitio ani
me posset demonstrari ⁊ arguo ꝙ non: quia ꝙ quid est
non potest demonstrari de eo cuius est: vt patet secūdo
posterioruz: sed diffinitio indicat ꝙ quid est: ergo diffi
nitio non potest demonstrari de eo cuius est. s. de diffi
nito. ¶ Preterea nullum medium demonstrationis pt
demonstrari cū mediū non intret cōclusionē: sed diffini
tio est mediū dmōstrationis: ergo nulla diffinitio potest
demonstrari. ¶ Preterea nihil notius cōpetit diffinito
ꝙ̄ sua diffinitio: sed demōstratio ꝓcedit ex notiorib⁹: nō
solum secundū naturā: sed etiam quo ad nos: ergo ⁊c.
¶ Responsio dicendum ꝙ duplex est diffinitio: quedā
materialis: quedam formalis (vt sepius dictū est) diffi
nitio materialis pōt demōstrari a priori ꝑm naturam ⁊
ecōuerso: diffinitio formalis pōt demōstrari per mate
rialē tanquā a priori quo ad nos: Quoniā aūt diffinitio
aīe ꝑma que demonstrat de anima per secundaz ei⁹ dif
finitionē. s. per hanc quod est principiū viuendi illa diffi
nitio est a posteriori secunduz naturam sed a priori quo
ad nos. Manifestum est. n. ꝙ anima non est actus ⁊ for
ma ex eo quod est principium viuendi: sed ex eo quod
est forma: est principiū viuendi. ex quo sequit ꝙ illa de
monstratio dicit demonstratio: q2 est ⁊ non propter qd
de quo clarius videbitur in caplo sequenti. ¶ Ad pri
mū dicenduz ꝙ diffinitio potest accipi dupliciter. Uno
modo inquantum diffinitio est: ⁊ sic non potest demon
strari de diffinito. Alio modo potest sumi materialiter
loco videlicet alicuius passionis: sic illo modo pōt dmō
strari ð diffinito: ⁊ per hoc p3 solutio ad secūdū. ¶ Ad
tertium dicendum ꝙ aliquid notiori modo pōt cōueni
re diffinito quo ad nos ꝙ̄ sua diffinitio ⁊ inter diffinitio
nes vna potest esse notior altera. ¶ Dubitatur secundo
vtrum anima sit tota in toto ⁊ tota in qualibet parte sui.
⁊ arguit ꝙ non: q2 vnumquodqz recipit in aliquo secū
dum modum recipientis. sed modus corporis in quo
anima suscipit est talis: videlicet ꝙ vbi est vna pars ibi
nõ est alia: ergo modus aīe erit talis ꝙ vbi est vna pars
eius nõ erit altera: ⁊ sic nõ est tota in toto. ¶ Preterea
illa forma que est in qualibet parte: h3 denominare quā
libet partem: sicut quelibet pars ignis est ignis: ergo si
aīa sit i qualibet pte corporis: quelibet pars erit animal:
quod est falsum. ¶ Preterea proprie perfectioni deb3
correspondere propriū perfectibile: sed propriū pfecti
bile qð correspondet anime est corpus organicum vt ex
supradictis p3: cū ergo quelibet pars corporis non sit or
ganica: sequit ꝙ anima non sit in qualibet parte. ¶ Prete
rea nihil potest destitui a sua propria operatione: ergo si
anima sit in vnaquaqz parte corporis. sequitur ꝙ in qua
libet parte corporis sint proprie eius operationes: quod
est falsum. alias quelibet pars intelligeret. ¶ Preterea
vbicunqz est subiectum ibi est propria passio: sed pro
prietates anime sunt eius potentie: ergo vbicunqz ē ani
ma ibi sunt eius potentie: sed manifestum est ꝙ poten
tie anime non sunt in qualibet parte corporis. ergo nec
ipsa anima. ¶ Preterea si in qualibet parte corporis es
set tota: sequeretur ꝙ vna parte abscisa corrumperetur
tota anima. consequens est contra experientiam: ergo
⁊c. ¶ In contrarium arguitur: quia forma indiuisibilis
vbi est: tota est: sed anima est in qualib3 parte corporis:
cum quelibet pars corporis sit animata: ergo est tota in
qualibet parte: quod autez sit tota in toto manifestū est:
quia propria perfectio est in proprio perfectibili: s3 cor
pus est proprium perfectibile anime. ergo ⁊c. ¶ Item
anima est vbi operatur: sed anima operatur in toto cor
pore: ⁊ in qualib3 parte eius: ergo ⁊c. ¶ Responsio: di
cendum ꝙ triplex est totalitas: videlicet totalitas quanti
tatiua vt linea vl corpus: totalitas essentie ⁊ totalitas vir
tutis: animam ergo esse totam in toto ⁊ totaz in qualib3
parte eius: pōt intelligi tripliciter. Uno mō de totalitate
quantitatiua: ⁊ sic aīa nullibi est cum non sit quanta ne
qz per se neqz per accidens: presertim loquendo de aīa

ms que est forma animalium perfectorum. Alio modo pôt itelligi de totalitate virtutis sic. anima non est tota in qualibet pte corporis cũ nõ possit omnes operationes ei' exercere in qualibet parte. ¶ Tertio modo pôt intelligi de totalitate essentie: sic aĩa est tota in toto ⁊ tota in qualibz parte: hoc est qđ cõmuniter dicit ꝙ aĩa est tota in qualibet pte ⁊ non totaliter. ¶ Ad primũ dicẽdũ ꝙ vnumquodqz recipit secundum modũ recipientis potest itelligi dupliciter (vt dicit doctor sanctus in de spiritualib' creaturis:) vbi ad vnguẽ hãc materiã declarat: Uno modo fz naturã. Secundo modo secundum modũ recipiẽtis. Unumquodqz. n. recipit fm recipientem: secundo modo nõ autem primo. vnde non oz ꝙ si vna pars corporis sit vbi non est alia pars. ¶ Ad secundum dicẽdũ ꝙ duplex est forma: qđdam est imperfecta que nõ reqrit diuersitatẽ partium: ⁊ talis bene denominat quamlibet ptẽ realiter nisi forte denominatiue vel cõcretiue. ¶ Ad tertium dicendũ ꝙ duplex est pfectibile ipsius anime. quoddam est primuz ⁊ tale debet esse organicũ. Pars autem ipsius corporis est pfectibile ipsius aĩe secundarium nõ autẽ primarium: vñ ratio non sequit. ¶ Ad q̃rtum dicendũ ꝙ lz anima nõ exerceat quamlibet ei' operationez in quamlibz: ptẽ non tñ destituit a sua propria operatione: qr anima operat mediãtibus suis potẽtiis. quarũ aliqua reqrit ptem determinatam corporis: vñ argumẽtum bene cõcludebat ꝙ aĩa nõ est totaliter in q̃libet parte eius: ⁊ per hoc pz solutio ad quintum. ¶ Ad vltimũ dicẽdum negãdo sequelam qr anima nõ est tota in toto totalitate quantitatiue. vnde quando vna pars abscindit aĩa non corrumpit quantum ad essentiam eius fz quãtum ad modum essendi quem habuit in illa parte.

¶ Sequitur textus: (Utrum autem ⁊c.)

Hec est lectio quarta eiusdem libri: ⁊ in commento sancti Thome.

i

Stud est vltimum capitulum primi tractatus. In quo phylosophus soluẽdo duas questiones ponit quattuor conclusiones. ex quibus infert tria correlaria.

¶ Prima cõclusio est. ptes anime vtrum negatiuũ sensitiuum motiuum ⁊ appetitiuum non sunt separabiles loco ⁊ subiecto. Hec cõclusio probat tali rõne: ea que reperiuntur in eadẽ parte corporis non sunt separabilia loco ⁊ subiecto. sed pdicte partes reperiunt in eadez parte corporis: ergo nõ sunt separabiles ⁊ loco ⁊ subiecto. probatio minoris: qr in pte decisa aĩalis imperfecti remanet vita ⁊ sensus: sz vbi est sensus ibi ẽ phãtasia nã fit nisi mot' factus a sensu: ⁊ vbi est phãtasia ibi est pricipiũ motiuũ: ⁊ vbicunqz est sensus ibi est desideriũ: cum ibi sit delectatio ⁊ tristitia: ergo vegetatiuũ sensitiuuz ⁊c. inueniuntur i vna pte corpis decisa. Ex predictis infert ꝙ lz i vno corpore animato iperfecto sit aĩa vna tantũ in actu: tñ in eo sunt plures aĩe in potentia que per solam decisionez reducuntur ad actum: ⁊ simile est de animalibus imperfectis. ¶ Cõtra predictã conclusionẽ sic primo arguit. Uisus ⁊ auditus sunt partes aĩe: ⁊ tñ sunt separate loco ⁊ subiecto: ergo ptes aĩe sũt sepabiles subiecto. ¶ Preterea phãtasia est potẽtia organica in determinata parte corporis situata: ergo vbicunqz reperit sensitiuũ reperitur phãtasia. ¶ Ad primũ dicendũ ꝙ duplices sunt partes anime qđã sunt partiales: ⁊ ille distinguunt loco ⁊ subiecto sicut sunt visus ⁊ auditus. Alie sũt partes totales anime: de qbus est hic sermo: ⁊ tales nõ distinguunt loco ⁊ subiecto. ¶ Ad secundum dicendum ꝙ duplex est phantasia: quedam est indeterminata ⁊ impfecta ⁊ talis nõ hz indeterminatã partẽ de qua hic est sermo. Alia ẽ phantasia determinata que reperit in animalibus quibusdam pfectis: ⁊ talis requirit determinantem partez de qua procedebat argumentator. ¶ Secunda conclusio quod predicte ptes aĩe sunt separabiles. i. distincte ratione. i. specie. Hec conclusio probat tali rõne: qr potentie distinguunt per actus: ⁊ actus per potentias: cui' ratio cuiuscunqz potentie sumatur secundũm ordinem ad actum: sed actus anime sunt diuersi secundum speciem: vt infra patebit: ergo sequit quod partes anime videlicet potentie sint separabiles ⁊ distincte fm rõnẽ speciei. ¶ Cõtra predictam cõclusionem sic primo arguit. Quecunqz conueniunt vni tertio singuli realiter conueniunt inter se realiter: sed potentie realiter conueniunt ipsi anime cum eadem generatione cum ipsa generabitur: ergo potẽtie cõueniunt inter se ⁊ sic non distinguuntur inter se fm rõnem specificam. ¶ Preterea arguit contra maiorẽ probationis probatio videlicet ꝙ potentie distinguunt per actus. Nã perfectibilia habent distigui per suas perfectiones potentiarum sunt habitus: ergo potentie distinguunt per habitus ⁊ non per actus. ¶ Preterea secundum communem regulam phylosophorum potentie distinguunt per obiecta vt infra patebit: ergo non distiguunt per actus. ¶ Preterea forme simplices seipsis diuerse sunt (vt pz quinto methaphysice:) sed potẽtie anime sunt forme simplices: ergo seipsis distinguunt ⁊ per actus. ¶ Preterea eadem sunt principia essendi ⁊ distinguẽdi: Sed actus nõ sunt principia essendi ⁊ distinguẽdi: sed actus non sunt principia essendi potentiarum: ergo non sunt principia distinguendi. ¶ Ad primũ dicendũ ꝙ potentie aĩe distinguunt realiter nõ solum specifice sed pñtialiter ab ipsa anima. Et licet eadem generatione generentur cum anima: quia tñ non modo generant vt anima: sed concomitatiue: ideo non oz ꝙ sint eadem realiter. Ad secundum dicendum ꝙ lz habitus sint quedam perfectiones potentiarum: tamen potentia secundum rõnem propriam eius non ordinem ad habitum: sed prius ad actum: ideo magis distinguunt per actus q̃ per actum: vt infra clare declarabit. ¶ Ad tertium dicendũ ꝙ ad distinctionem obiectorum sequit distinctio actuum: vnde dicere potentias distingui per obiecta est cõcedere eas distingui per actus. Et si dicat vnius potentie sunt diuersi actus non causat distinctionem potentiarum. ¶ Dicendum ꝙ non quelibet distinctio facit distinctionem priorum. ¶ Ad q̃rtuz dicendũ ꝙ forme simplices sunt in duplici dñia. Nam sunt quedam que speciem sortiunt ab aliquo ꝙ in eis ẽ: ⁊ tales seipsis distinguunt vel saltem per dñias intrinsecas. Alie sunt forme que speciem sortiunt ab aliquo extrinseco ad quod ordinem habent: ⁊ tales distinguunt non seipsis nec per principia intrinseca sed per extrinseca. ¶ Ad quintum dicendum ꝙ illa maior intelligenda est in his que sortiunt speciem ab extrinseco. ¶ Tertia cõclusio est vegetatiuũ sensitiuum motiuum secundum locuz appetitiuum ⁊ intellectiuum non dicunt in eodem composito diuersas animas secundum essentias distinctas: sz dicunt diuersas partes potentiales eiusdem anime: hec cõclusio elicit sic. Ex dictis probari potest vnius perfectibilis est tantum vna propria ⁊ substãtialis perfectio corporis animati: ergo sequit ꝙ i vno corpore animato nõ est nisi vna anima: confirmat extra litteram. Nam vna anima cum sit forma substantialis dat esse similiter. Cuz ergo in vno ⁊ eodem composito essent plures anime essent ibi plura similiter. ⁊ per consequens illud compositum non esset vnum similiter: sed secundum quid. ¶ Attendendum est tamen secundum phylosophuz ꝙ predicta in diuersis diuersas nominant aĩas. Naz vegetatiuũ nominat aiam vegetatiuam in vegetabilibus sensitiuũ animam sensitiuam in animalibus: intellectiuum autem itellectiuam in hominibus. Contra predictam conclusionẽ sic primo arguit rationibus doctoris sancti in de spiritualibus creaturis idem nõ potest esse ab extrinseco: sed anima vegetatiua est ab extrinseco: videlicet a virtute generãtis in semine: ⁊ distinctio est aĩa rõnalis est ab extriseco. s. a creatore: ergo anima vegetatiua ⁊ anima rõnalis non sunt vna anima in homine secũdum substantias. ¶ Preterea illud qđ est substãtia in aliquo nõ potest eẽ accidẽs in alio: sed anima sensitiua in bruto est substãtia

cum sit forma substantialis eius: ergo in homine est substantia aīa sensitiua: ⁊ nō potētie anime: ⁊ sic idem quod prius. ¶ Preterea aīa sensitiua ī hoīe ē nobilior q̄ sit ī bruto: sed in bruto nominat formam substantialē: ergo ⁊c. ¶ Preterea idem non potest esse secundum substātiam corruptibile ⁊ incorruptibile. sed anima rationalis est incorruptibilis: ⁊ aīa sensitiua est corruptibilis etiam ī hoīe: ergo in hoīe anima sensitiua ⁊ aīa rōnalis sunt diuerse aīe. ¶ Ad primum dicēdū q̄ lz anima vegetatiua ⁊ anima sensitiua in aliis ab homine sint ab intrinseco: tamen in homine si secundum substantiam earū cōsiderentur sunt ab extrinseco quantum ad modum anime rationalis. ¶ Ad secūdū dicēdū q̄ anima sensitiua: etiā in homine est substantia non tamē distincta ab anima rōnali: ⁊ p hoc pz solutio ad tertium. Ad quartū dicēdū q̄ aīa sensitiua in homine dupliciter potest considerari. Uno modo quantū ad eius potentias ⁊ sic est corruptibilis. alio modo quantum ad eius essentiam: ⁊ sic est incorruptibilis: sicut ⁊ anima rationalis. Et si dicatur corruptibile ⁊ incorruptibile differunt plusq̄ genere: si ergo anima sensitiua in homine sit incorruptibilis: ⁊ in bruto corruptibilis sequitur q̄ brutū ⁊ hō differant plusq̄ genere. ¶ Dicendum q̄ illa communis auctoritas intelligenda est in his que per se ⁊ proprie collocantur in genere. modo anima sensitiua non collocat in genere proprie: cū sit forma prius: vnde ratio non sequit: ß oīa doctor sanctus vbi supra. ¶ Quarta conclusio anima est actus corporalis organici physici. Hec conclusio est prima diffinitio ipsius anime: quā phylosophus demōstrat per secundam eius diffinitionē tali ratione: Duorū quorum vtroq̄ dicimur aliquid operari illud quod est principium forma ⁊ actus si secundum non est maius sed anima est primū principium quo dicimur operari tam anima q̄ corpore: ergo aīa est actus corporis physici. maior probatur: q2 anima est principium quo viuimus: sentimus sentiuimus mouemur secundum locum ⁊ intelligimus primo hec est secunda diffinitio anime. ¶ Contra hanc diffinitionez sic arguit. Ista diffinitio non conuingit anime ergo est inconueniens probatio antecedentis: q2 aīa vegetatiua nō est principium quo intelligimus aut quo sentimus: ergo ⁊c. ¶ Preterea omnis diffinitio dat per priora: q2 partes diffinientes sunt principia diffiniti: sed ista non datur per priora cum detur per operationes que sequunt animam: ergo ⁊c. ¶ Ad primū dicēdū q̄ ista diffinitio potissime proprie dat de anima rationali: sed ex consequenti ⁊ secūdario datur de anima vegetatiua ⁊ sensitiua: vnde sufficit q̄ ipsa tota conueniat aīe rōnali ⁊ secundū p̄te aliis animalibus. Et licet tota diffinitio debeat cōpetere oī contento sub diffinito in vniuocis; ß tñ reperit in analogis. ¶ Ad secūduz dicēdum q̄ illa rō procedit de diffinitione quidditatiua ⁊ non proprie dicta. Ex predicta conclusione infert phylosophus tria correlaria. quorū primum est q̄ aīa se hz vt ratio ⁊ species ⁊ nō vt subiectuz ⁊ materia. Secundū est q̄ aīa nō est sine corpore: q2 est actus corporis p precedentē cōclusionem. Tertium correlariū est q̄ aīa est in corpore non in quocūq̄ sed in corpore organico: vt ex dictis māifestū. ¶ Circa p̄dicta dubitat vtrū partes aīalis īperfecti decise viuant ⁊ arguit q̄ non. q2 si ille partes decise viuerent in qualibet earū esset anima: cū anima sit principiū viuendi: ⁊ per consequens ante decisionem in toto fuissent plures anime q̄ est contra predictam tertiam conclusionem. ¶ Preterea si sic cum ille anime non generentur de nouo: sequeretur q̄ aīa esset partib⁹: cōns est falsum cū sit forma substātialis corporis esset cōsistit in diuisibili. ¶ Dicendum ad vltimum q̄ partes predicti animalis viuunt; q2 vbicunq̄ est principiū motiuum ibi est anima: ⁊ per cōns vita: sz in animaliū ptibus est principiū motiuum: vt pz ad sensum. ¶ Ad primum dicendū q̄ iste plures aīe preexistūt ī potētia in toto ante decisionē: in potentia dico actui propinqua q̄ p vnicum actum decidentis ad actum reducuntur: non tñ ibi sunt plures anime in actu formaliter: vnde ratio non seqtur. ¶ Ad secundū dicendum q̄ in ptibus illis non sunt diuerse aīe ex hoc q̄ vna aīa diuidatur in plures aīas: sed ex ß q̄ plures aīe existētes in potētia reducunt ad actū p ipsam decisionē sicut. n. videm⁹ in elementis: naz in tota aqua est vna forma sbalis aque actu: sz dū vna pars aque ex hitis ⁊ sepatio a toto ibi sūt ples forme sbales in actu reducte per ipsam diuisionē.

¶ Sequitur in textu. (Potentiarū autem anime ⁊c.) Hic est tertius primi libri de anima: ⁊ est vnica lectio eiusdem libri: ⁊ in commento sancti thome.

i Iste est secundus tractatus istius secūdi libri: in quo phs determinando de ptibus aīe. Postq̄ determinauit de aīa: ⁊ qd est aīa fm ei⁹ essentiam ponit decē ⁊ octo capitula. In primo capitulo determinat de diuisione potentiarū ⁊ hoc in principio. In scdo determinat de ordine ⁊ origine earūdē. ibi. (Qualiter āt vnūquodq̄ ⁊c.) In tertio caplo determinat de potētia vegetatiua fm q̄ est pricipiū suarū opationum. ibi. (Quoniā primū de aliquo.) In q̄rto capitulo determinat de operationib⁹ aīe vegetatiue ⁊ earū obiectis. ibi. (Quoniā aūt.) In quinto capitulo determinat de potētia sensitiua fm suā essentiam: oñdēdo qd est sensus ⁊ qualiter sensus est potētia. ibi. (Determinatis autē his.) In sexto caplo determinat de potētia sensitiua per respectum ad actum ostēdendo qualiter reducit ad actum. ibi. (Diuidēdum autē.) In septimo caplo de sensibilibus in cōi ponendo differētiam inter sensibilia p se ⁊ per accidēs. ibi. (Dicit autē fm vnumquodq̄.) In octauo capitulo de sensibilibus visus: videlicet de colore oñdendo qd est color qd lumē ⁊ qd dyaphanū. ibi. (Cuius quidem visus.) In nono determinat de colore p respectum ad dyaphanum. ibi. (Est autē susceptiuū coloris.) In decimo de visibili auditus: videlicet de sono absolute. ibi. (Nunc āt primum de sono.) In vndecimo de sono fm q̄ auditus inmutat ab eo. ibi. (Uacuū autez.) In duodecimo determinat de voce q̄ est spēs soni. ibi. (Uox autez sonus qd.) In decimotertio de sensibili olfatus absolute: videlicet de odorabili. ibi. (De odore autē.) In decimoquarto de odorabili fm q̄ ab eo inmutat olfatus. ibi. (Est autē olfatus.) In decimoquinto de sensibili gustus: videlicet de gustabili. ibi. (Gustabile autē.) In decimosexto determinat de sensibili tactus: videlicet de tangibilib⁹. ibi. (De tāgibili autē ⁊ tactu.) In decimoseptimo determinat de differētia tactus ⁊ gustu. ibi. (Dubitabilē aūt vtrūq̄.) In decimooctauo determinat de sensu fm se absolute. ibi. (Oz autē vlr.) In quo fm sententiam doctoris sancti terminat iste liber secundus. In primo igit capitulo huius secūdi tractatus ponit phylosophus tres conclusiones. Quarum prima est. ¶ Tantum sunt quinq̄ genera potentiarum anime. videlicet vegetatiuum appetitiuum sensitiuum ⁊ secundum locum motiuū ⁊ intellectiuum: hec conclusio probat elicitiue tali ratione phylosophi: quā deducit hic doctor sanctus. ¶ Istaz potentie cum secundum propriaz rationem ordinentur ad actum: distinguunt secundum diuisiones actuum ⁊ operationum: sed quelibet operatio anime cum sit principium essendi: attribuitur ei secundum aliquod esse. Uel ergo talis operatio attribuitur ei secundum esse penitus materiale; sic sumitur potentia vegetatiua: vel attribuit ei secundum esse immateriale: ⁊ hoc dupliciter: vel attribuitur ei secundum q̄ ipsa suscipit aliquod obiectum secundum esse penitus immateriale: sic sumitur potentia intellectiua: vel secunduz esse medium inter materiale ⁊ immateriale: sic sumitur potentia sensitiua. Si secundum ⁊ ß dupliciter. vel potentia tendit in tale obiectuz secundum q̄ est principiuz in intentione: sic sumitur potentia appetitiua. vel tendit in ipsum secundum esse qđ habet in executione: sic sumitur potentia motiua secūdū locum. Aliter potest probari ⁊ clarius. Nam potentie

distinguuntur p actus: actus do per obiecta. sed potētia quanto ē vsior tanto respicit obiectum: fm ratiōez vsiorē: ergo potētie aie: cum sint vniuersales. ¶ distinguūtur fz ratiōez obiectorū magis z minus vlēs: sed tales ratiōes se habent ī multiplici differentia. ergo quinqz sunt genera potentiarū. Ultima subsumptio sic deducitur. Naz omnis potentia aut respicit obiectum: quod est tantum anime vnitum: vel respicit obiectum. qd ñ solum aie est vnitū. Si primū: sic ē potentia vegetatiua. Si secundū: z hoc dupliciter: vel respicit idē obiectū fm q aptū natuz est suscipi ī ea: fm eius similitudinez: aut fm q tendit in ipsum obiectū. Si primū h est dupliciter vel respicit idē obiectū fm q ē susceptibile sine conditionibus materialibus: sic est potentia itellectiua: vel fm q ē susceptibile cū cōditionibus materialibus. sic sumitur potentia sensitiua. Si scdz. z h duplr vel tendit ī idez obiectū īquantum hēt esse in intentione: sic sumitur potentia appetitiua: vel fm esse qd hz ī executione: sic sumitur potētia motiua fz locum. ¶ Cōtra predictā pclusionē arguitur sic. Sunt tm tres ptes aie. s. aia sēsitiua: vegetatiua: z intellectiua. ergo tm tres sūt potētie cū potētie dicātur ptes aie. ¶ Preterea sūt quatuor modi viuēdi vt ex supradictis pz. ergo cū modi viuēdi sumant fz operationes aie: sequitur q erunt tm quatuor potentie. ¶ Preterea aia intellectiua inter ceteras formas naturales magis assimilatur deo: sed ī deo ē vna potentia que ē sua essentia: ergo in anima non erunt plures potentie. ¶ Preterea quāto virtus est altior tanto ē magis vnita: sed aia rōnalis ē altior qz aia vegetatiua: ergo (cū in anima vegetatiua ñ sint quinqz genera potentiaz.) sequitur q neqz ī aia intellectiua erunt quinqz genera potentiarū. ¶ Preterea preter predictas potentias in aia reperit potentia obediētialis vt pz p doc. s. ī potētia. 4. 1. g sequit q sūt plura gña potentiaz qz qnqz. ¶ Preterea volūtas ē qdā potētia aie. z tm nō enumerat hic: g zc. ¶ Preterea illud qd ē cōe oi enti nō ē potētia aie: sz appetitiuū ē cōe oi enti: q omne ens appetit suā pfectionē: ergo appetitiuū ñ ē vna potentia: z sic ñ sūt qnqz. ¶ Ad pmū dō q duplices ptes aie sūt: qdā sūt ptes aie subiectiue: sic tm tres sūt ptes aie vt voluit arg. Alie sūt ptes potentiales de qbus ē sd ppositū: z sic sūt qnqz. Et si querat: qre ē q sūt qnqz tm genera potētiaz aie: z q sūt tm tres aie: dicēdū fm doc. s. ī lectionē. q diuersitas aiaz sumit fz diuersitatē eē corporis aiati. sz tm ē triplex eē qd iuenit ī viuētib. nā qddā ē eē materiale: z sic sumitur aia vegetatiua: aliud ē eē penit immateriale: sic sumit aia itellectiua. aliud ē medio modo se hñs: sic sumit aia sensitiua: vñ tm sunt tres ptes aie: potētie vero distinguunt fm diuisionem actuum z obiectoz. vñ nō ē sile. ¶ Ad scdm dicendū negando pseqūtiā: q modi viuendi sumūtur fm diuersos gradus viuentiū z nō fm operationes vite fm quas sumuntur genera potentiarum. vt hic dicit doctor s. formaliter. ¶ Ad tertiū dicendū q aia itellectiua magis assimilatur deo qz alie forme naturales: q pōt ptigere ad nobiliorē finem: z altiorē. s. ad beatitudinē qz alie forme naturales: lz nō possit ad eā ptingere: nisi varijs z diuersis operationib procedētibus a diuersis potentijs. ¶ Ad quartum dicendum q ceteris paribus videlicet quando potentie ad equalia se extēdūt tūc quanto virtus ē altior tanto magis est vnita: secus aūt ē si ad inequalia se extēdant. Cum igitur anima intellectiua ad plura se extendat obiectiue z ad altiora qz anima vegetatiua: ideo ratio non sequitur. ¶ Ad quintum dicendum pro nunc q potentia obedientialis non distinguitur genere aut specie a predictis potentijs. cū illa potentia que dicitur naturalis possit dici obedientialis diuersis tñ rationibus. vnde potentia intellectiua secundū q operatur ad suum obiectum naturale: dicitur naturalis potētia: secundaz vō q consideratur inquantū pōt cognitionem suscipere supernaturaliter infusā: dicitur potentia obedientialis. ¶ Ad sextum dicendū q voluntas comprehenditur sub potentia appetitiua cū voluntas sit appetitus itellectiuus. ¶ Ad vltimuz dicendum q duplex est appetitus: quidam est appetitus naturalis z talis non constituit potentiam aie: de qua procedebat argumentuz. Alius est appetitus animalis qui sequitur formam apprehensam a re exteriori: z talis dicitur potentia anime: vnde argumentuz laborabat in equiuoco. ¶ Secunda conclusio est q appetitum est omnibus aialibus: hanc conclusionē pbat phylosophus duabus rationibus. quarum prima est. Nam omnia animalia habēt vnū sensum ad minus. s. tactum: sed cuicunqz inest sensus: inest delectatio z tristitia: z cuicunqz inest delectatio z tristitia ei inest concupiscentia que est appetitus delectabilis: ergo de primo ad vltimum sequitur q omnibus animalibus quibus iest sensus tact inest appetitus. Secunda ratio ē. omnia alimenta habēt sensum alimenti q dicitur sensus tactus: sed quibuscūqz inest sensus alimenti: his inest esuries z sitis: sed vbicunqz est esuries z sitis ibi est delectatio: z cuicunqz inest delectatio ei inest appetitus: ergo in omnibus animalib ē appetitus. ¶ Circa hanc conclusionem considerandum est secundum phylosophum q predicta genera potentiarum se inuicem quodam modo consequuntur: nam in quibusdam est vegetatiuum tantum: vt in plantis: in quibusdam vero cum vegetatiuo est sensitiuuz z appetitiuū: sicut in omnibus animalibus. In quibusdam vero cum istis tribus ē motiuum fm locum: videlicet in animalibus perfectis: quibusdam vero cum omnibus predictis inest intellectiuuz vt in hominibus. ¶ Tertia pclusio illa anima que est vltima ordine generationis: includit virtute alias animas priores: hanc conclusionem probat phylosophus tali ratione. Sicut est in figuris ita est ī formis z per consequens in animalibus: sed posterior figura: videlicet tetragonum includit in se virtute priorem figuraz scilicet trigonum: ergo vltima forma substantialis includit in se virtualiter formas priores: licet non formaliter. ¶ Ex predictis infert phylosophus vnum correlarium contra platonem: videlicet q non est ponenda vna diffinitio anime separata que non conueniat animabus particularibus: quia fm eum non debet poni vna ratio communis figurarum ab eis: cum ergo anime se habeāt sicut figure z sicut numeri: non debet poni vna diffinitio anime que separetur ab animabus. ¶ Circa predicta dubitatur vtrum potentie anime distinguantur per obiecta z videtur q non: Quia prius non debet distingui per posterius: sed potius econuerso sed potentia est prior obiecto cum sit propinquior essentie anime: ergo potentie non debent distingui p obiecta. ¶ Preterea differentia specifica sumitur p id quod ē intrinsecum rei cum sit essentialis: vt pz per phor. sed obiectū est quoddam extrinsecū potentie: ergo zc. Preterea contraria maxime a se inuicem distant: vt patet quinto metaphysice: ergo si potētie distinguerētur per distinctionem obiectoruz: sequeretur q contraria non pertinerent ad eandez potentiaz: cōsequens est contra phylosophum nono metaphysice: ergo zc. ¶ Preterea homo: asinus: lapis: z similia iter se differunt: z tamen pertinent ad eādem potentiaz: scilicet intellectiuam: ergo vt supra. ¶ Preterea corruptibile z incorruptibile: plusqz genere differunt: z tamen ñ causant distinctionez potentiaz: ergo zc. ¶ Preterea opinatiuū z scientificum sunt distincte potentie: vt expresse deducit doctor sanctus in questionibus de anima: z tñ ñ hñt obiecta distincta scdz spēz: cū se habeāt sicut pfectū z imperfectū. g zc. ¶ Preterea si distinctionis potētiaz attēderent scdz diuisionē obiectoz: sequeret q obiectis nō existētib potentie ñ distinguerēt iter se. pseqūs ē falsū: q dato q nullus son eēt z null color: adhuc potētia auditiua z visiua distinguerentur inter se: ergo zc. ¶ Preterea potentia visiua in homine z potentia visiua i asino differūt specie cū ad distictionē subiectoz sequat distin-

ctio accidētiū. ⁊ tñ ñ habent diuersa obiecta: vtraqꝫ enī respicit colorē obiectiue. ergo ⁊c. ℭ Preterea accidētia distinguuntur per eorū subiecta sed potentie ꝑ accidentia. ergo potentie distinguuntur ꝑ subiecta ⁊ nō per obiecta. ℭ Preterea intellectus ⁊ voluntas sunt potentie essentialiter distincte: ⁊ tamen nō habēt obiecta essentialiter distincta: qr verū qđ ē obiectū intellect⁹: ⁊ bonū qđ est obiectū voluntatis: nō differunt essentialiter sed ratione tantū. ergo ⁊c. ℭ Responsio dicendū ad dubiū ꝙ potentias distingui per eorū obiecta pōt itelligi dupliciter. Uno mō loquēdo ꝺ distinctione numerali potentiarū vel specifica. Si primo mō: sic potentie distinguuntur per eorū subiecta ⁊ nō obiecta. Si secundo mō hoc ē dupliciter vel loquēdo de distinctiōe specifica obiectorum vel de distinctiōe generica. Si primo modo: sic etiam potentie nō distinguuntur per obiecta. Si secundo modo hoc est dupliciter: vel loquendo de distinctiōe generica secundum genus nature: vel loquendo de distinctione secundum rationē genericam cognoscibilitatis. Si primo modo sic etiā potentie nō distinguuntur per obiecta. Si scđo modo sic potentie possūt distingui per obiecta: qđ sic patet potentia secūdū rationē eius ordinatur ad actum sed actus potentiarū distinguuntur per obiecta. ergo ⁊ ipse potētie probatio maioris. omne obiectū comparatur ad actū sicut principiū si sit actus potentie passiue: vel etiā sicut finis si sit actus potentie actiue. ergo distinctio actuū potentiarū sumitur ab obiectis. ℭ Pro ampliori declaratione huius considerandū ē ꝙ diuersitas actuū pōt attendi quinqꝫ modis secundū doctorē sanctū in questionibus de veritate questione decima quinta. ar. 2. ad. 12. Uno modo secundū fortitudinē ⁊ debilitatē sicut credere ⁊ opinari. Secundo modo secūdū velocitatē ⁊ tarditatē: vt currere ⁊ moueri. Tertio modo secundū habitum ⁊ priuationē: vt quiescere ⁊ moueri. Quarto modo secundū comparationē ad contraria eiusdem generis: vt videre albū ⁊ videre nigrū. Quinto modo secundū repugnantiā diuersorū generum: sicut videre colorem ⁊ audire sonū sic de similibus. Isto autē quinto modo solum diuersitas actuū causat diuersitatē potentiarū tunc ad solutiones. ℭ Ad primū dicendū ꝙ licet potentie secundū esse precedant obiecta: tamen obiecta inquantū habent intentionem ⁊ rationē mouendi precedunt potentias: ⁊ isto modo ab eis sumitur distinctio potentiarum. ℭ Ad secundum dicendū ꝙ licet distinctio specifica formarū que nō habent dependentiā ad aliud sumatur ab intrinsecū: tamen distinctio illarum formarū que ī sua distinctione dicunt ordinē ad aliquid sumitur ab aliquo extrinseco: nō tamen inquantū extrinsecum: sed iquantū pōt cōformari ipsis. ℭ Ad tertiū quartum ⁊ quintum patet solutio ex dictis. ℭ Ad sextum dicendum ꝙ ratiocinatiuum ⁊ opinatiuum sunt due potentie que continentur sub potentia itellectiua: veruntamē ꝯtingens quod ē obiectū opinatiui potest considerari dupliciter. Uno modo inquantum cōtingens: sic nō ptinet ad ratiocinatiuum sicut scientificum cum vt sic de eo non possit haberi certa cognitio sꝫ pertinꝫ ad opinatiuū. Alio modo potest cōsiderari contingens inquantum habet rationē entis intelligibilis lꝫ imperfectā: ⁊ isto modo pertinet ad scientificum: sicut ratiocinatiuū: vnde in prima parte doc. san. vbi videtur innuere ꝙ opinatiuū ⁊ scientificum distinguuntur ꝑpter hoc ꝙ contingens ⁊ necessariū sic se habeant vt perfectū ⁊ imperfectū: accipit contingens scđo modo: sꝫ ī de veritate vbi supra: accipit primo modo cōtingēs vbi videtur velle expresse ꝙ opinatiuū ⁊ scientificū sunt diuerse potentie: qr vt ibidē dicit habēt diuersa obiectiua sꝫ rationē cognoscibilis distinctā: de quo clarius videbit quinto meta. c. potestas. ℭ Ad septimum ꝙ potentie non distinguuntur per actualem existentiā obiectorū: sed per habitudinē habitualē quā habent ad ipsa; vt lꝫ color ⁊ sonus non essent in rerum natura: tñ visus haberet aliā habitudinē ad colorem q̄ auditus ad sonum. ℭ Ad octauum dicēdū negādo maiorē: immo potentia visiua in oībus animalibus est eiusdem speciei. Et lꝫ distinctio naturalis actuū sumatur a distinctione subiectorum: nō tñ distinctio specifica: sicut albedo que est in pariete ⁊ que est in homine: sunt eiusdē speciei: lꝫ homo ⁊ paries differāt specie: ⁊ per hoc patet solutio ad nonū. ℭ Ad decimum dicendū ꝙ distinctio formalis obiectorū sꝫm rationē sufficit ad distinctionē potentiarū immaterialiū que se naturaliter extendunt ad omnia entia. vñ cū itellect⁹ ⁊ voluntas extendāt se ad oia entia: sufficit ꝙ eoꝝ obiecta distinguantur sꝫm rationē cognoscibilitatis. ℭ Sequitur textus. (Quare autem vnumquodqꝫ q̄rēdū est ⁊c.) Hic incipit lectio sexta eiusdē libri: ⁊ in commento sancti Thome.

i Studē secūdū capitulum secūdi tractatus i quo pħs determinando potētiarū ordinē ponit tres cōclusiōes: quarum prima est. ℭ Potentie anime habent ordinē inter se. Hec ꝓbat ꝯ° tali ratione vbicunqꝫ ñ conuertitur ꝯñia subsistendi: ibi ē ordo prioris ⁊ posterioris: sed in potentijs ñ cōuertit ꝯñia subsistendi: ergo inter eas est ordo. ꝓbatio maioris: qr vbicunqꝫ inuenitur intellectiuum inueniunt alie potentie nō tamē econtra. Similiter vbi inuenitur sensitiuū ibi inuenitur vegetatiuū ⁊ ñ econuerso. Similiter vbi inuenit motiuū sꝫ locū inuenit appetitiuum sensitiuū ⁊ vegetatiuū: nō tamen e contra. ergo ī predictis potentijs ñ ꝯuertit cōsequentia subsistēdi. ℭ Contra hanc cōclusionē sic arguitur. Quecunqꝫ simul cadunt sub eadē diuisione: ñ hñt ordinē prioris ⁊ posterioris cū species quecūqꝫ contineantur sub suo genere: sed potentie cū diuidantur inter se. ergo inter eas ñ est ordo. ℭ Preterea si inter eas esset ordo: sequeret ꝙ operatio vnius haberet dependentiā ad operationē alterius: cōsequens ē falsū. ergo ⁊c. ℭ Preterea in precedentibus probatū est ꝙ vbicūqꝫ est sensitiuū ibi ⁊ appetitiuū ⁊ motiuū sꝫ locū: ⁊ hic dicit oppositū. ergo ⁊c. ℭ Pro solutione istoꝝ argumentorū aduertendū ē ꝙ inter potentias pōt assignari ordo dupliciter. Uno mō sꝫ dependētiā vni⁹ potētie ab alia. Alio mō sꝫ ordinē obiectoꝝ. primo modo attenditur duplex ordo: videlicet ordo generationis ⁊ ordo pfectionis. Ordine aūt generationis vegetatiua ē prima. scđa sēsitiua: tertia appetitiua: q̄rta motiua sꝫ locū: vltima itellectiua. Ordine vero perfectionis ē ordo reuersus. Ordo vō potentiaꝝ sꝫ ordinē obiectorū sumit sꝫm vliorē ⁊ porē rationē obiecti: sicut visus q respicit obiectū qđ reperitur tā i corporib⁹ superioribus q̄ inferioribus. precedit auditū q respicit obiectū: qđ solū reperitur i istis iferioribus: sic de similibus. Solutiōes. ℭ Ad primū dicēdū ꝙ lꝫ species ꝯsiderate sꝫm pfectionē generis: equaliter ꝯtineāt sub genere: tñ ñ ꝯsiderētur sꝫ eē eaꝝ: sic vna est prior alia: vt pꝫ i numeris ⁊ figuris. ℭ Ad scđm negat sequela nisi fiat locutio de ordine potētiaꝝ q sumitur sꝫ ordinē obiectorū h̄ oia doc. san. i pria pte. q. 77. ar. 4. ℭ Ad tertiū dicēdū ꝙ superius pħs loq̄bat de motu imperfecto sꝫ locū: hic vō loquitur de principio motiuo ꝓgressiuo mot⁹. ℭ Secūda ꝯclusio: prius determinandū ē de potentijs quantū ad eaꝝ quidditatē q̄ de alijs q̄ ꝯsequuntur ipsas potētias: hec ꝯclusio ꝓbatur ꝑ doc. san. in lectione: quia omnis ꝯfusio in doctrinalib⁹ scientijs est vitanda: sꝫ si simul de potentijs determinaretur quātū ad eaꝝ q̄dditatē ⁊ de his q̄ ꝯsequunt esset cōfusa doctrina. ergo ⁊c. ℭ Tertia ꝯclusio prius determinādū ē de obiectis ⁊ actibus potētiaꝝ: q̄ de ipsis potentijs. Hec ꝯclusio probatur tali ratione qr de prioribus prior ē speculatio: sed obiecta precedunt actus: act⁹ vō potentias quantū ad itentionem ⁊ rationē mouendi. ergo ⁊c. Et si dicatur pħs prius determinauit de potentijs q̄ de obiectis. ℭ Dicendū ꝙ lꝫ pħs determinauerit in generali prius de potētijs. (videlicet diffinitiue) tñ q̄ñ

de eis determinat in speciali: prius determinat de obiectis: vt infra patebit. ¶ Circa predicta dubitatur primo: vtrum potentia anime realiter distinguatur ab eius essentia et arguitur quod non: quia potentia materie non distinguitur ab eius essentia. ergo a simili potentia anime non distinguitur ab eius essentia. ¶ Preterea aug. in decimo de trinitate dicit quod mens intellectiva et voluntas sunt sub vna essentia anime. ergo etc. ¶ Respondetur. ¶ Dicendum ad dubium quod necesse est dicere animam et eius potentiam distingui realiter. quod sic patet. Nam potentia et actus cum dividant quodlibet genus entis: sunt eiusdem generis. Sed actus anime sunt de genere accidentis: ergo et eius potentie. Cum ergo essentia anime sit de genere substantie: relinquitur quod essentia anime et eius potentie distinguantur realiter. alioquin oporteret dicere quod substantia et accidens essent idem realiter. tunc ad rationes. ¶ Ad primum dicendum negando consequentiam, et ratio est quia potentia materie est ad actum primum: potentia vero forme est ad actum secundum: vnde non est simile. ¶ Ad secundam rationem dubii dicendum quod quando dicitur quod mens intellectiva et voluntas sunt vna essentia: ibi non est predicatio essentialis sed materialis et est sensus quod sunt vnius essentie. i. sunt in vna essentia subiective. ¶ Dubitatur secundo vtrum omnes potentie anime sint subiective in anima. Et videtur quod sic: quia omnes operationes anime attribuuntur toti composito ratione anime: ergo videtur quod potentie anime omnes que sunt principia istarum operationum sint subiective in anima. ¶ Dicendum breviter quod non omnes potentie anime: sed solum potentie intellective sunt subiective in anima: quia non omnes operationes potentiarum anime sunt in anima sicut in subiecto: licet omnes attribuantur anime tanquam principio. Et inde est quod omnes potentie sunt in anima tanquam in principio: sed non sicut in subiecto: et per hoc patet solutio ad dubium. ¶ Dubitatur tertio vtrum potentie anime fluant ab eius essentia. Et videtur quod non. ¶ Illud a quo aliquid fluit est causa: sed anima non est causa potentiarum: vt patet discurrendo per omnia genera causarum: ergo etc. ¶ Preterea id quod fluit ab alio: sequitur illud: sed potentie anime simul sunt cum ipsa anima: ergo etc. ¶ Dicendum ad dubium quod omnes potentie fluunt ab eius essentia. Quod sic patet quia subiectum est causa proprie passionis: sed anima est subiectum cuius proprie passiones sunt ipse potentie: ergo etc. ¶ Ad primam rationem dubii dicendum quod anima rationalis est causa materialis quia potentiarum et est causa efficiens earum: non quidem quod agat per transmutationem realem: sed per concomitantiam naturalem in hec omnia doctor sanctus in prima parte q. 77. quasi per totum: et per hoc patet solutio ad dubium.

¶ Sequitur in textu. (Quare primum de alimento etc.) Hec est lectio septima eiusdem libri: et in commento sancti Thome.

¶ Tertium capitulum huius secundi tractatus comprehendit duas lectiones commenti. s. septimam et octavam huius libri: cuius octave textus est ibi. (Empedocles autem etc.)

i Illud est tertium capitulum: in quo philosophus determinando de operationibus anime vegetative: secundum quod anima est principium earum ponit quinque conclusiones: quarum prima est.

¶ Prius determinandum est de potentia vegetativa cum suis operationibus et obiectis quam de aliis partibus anime: hec conclusio probatur tali ratione. De communioribus prior est speculatio: vt patet primo phy. sed potentia vegetativa est communior in omnibus viventibus. Ipsa enim separatur ab aliis omnibus sed alie non separantur ab ea: vt supra dictum est. ergo prius determinandum est de anima vegetativa: cuius operationes sunt augmentatio et nutritio. ¶ Contra hanc conclusionem breviter arguitur. De prioribus prior est speculatio: sed potentia intellectiva prior est ipsa vegetativa cum sit perfectior: ergo prius videtur esse determinandum de potentia intellectiva. ¶ Preterea illud sine quo alia non possunt esse non est separabile ab eis: sed sine potentia vegetativa alie potentie esse non possunt: cum in eis includatur sicut trigonum in tetragono. ergo etc. ¶ Ad primum dicendum quod duplex est ordo. s. ordo generationis et ordo nature: qui est duplex: videlicet ordo nature generationis et ordo nature perfectionis: perfectiora autem sunt priora ordine nature perfectionis: non autem ordine nature generationis seu cognitionis. ¶ Ad secundum dicendum quod aliquid potest dici separabile ab alio dupliciter. Uno modo quod alterum possit esse eo non existente: sicut accidens est separabile a subiecto. et isto modo potentia vegetativa non est separabilis ab aliis. Alio modo: quia invenitur in aliis omnibus in quibus alie inveniuntur et in aliquibus aliis: sicut genus dicitur separabile a qualibet specie eius seorsum sumpta. et isto modo potentia vegetativa est separabilis ab aliis. ¶ Secunda conclusio generatio et operatio potentie vegetative pertinet ad potentiam vegetativam. Hec conclusio probatur tali ratione. ¶ Omnis operatio que naturaliter invenitur in omnibus viventibus pertinet ad potentiam vegetativam: sed generare invenitur in omnibus viventibus et inest eis naturaliter: ergo generare pertinet ad potentiam vegetativam. probatio maioris. quia potentia vegetativa est secundum quam primo vivere inest omnibus. ¶ Ex predicta conclusione infert philosophus vnum correlarium. videlicet quod naturalissimum opus in viventibus est generare sibi simile. Cuius ratio est duplex. primo quia in hoc convenit cum aliis rebus animatis que etiam generationem habent: licet alio modo vt infra patebit: tum secundo quia naturalissimum est viventibus assimilari primo enti secundum posse: sed primum ens videlicet divinum est immobile et perpetuum: ergo naturale est viventibus appetere assimilari esse perpetuo: sed non possunt perpetuari nisi generando et simile secundum speciem: vnde naturalissimum est viventibus facere alterum tale quale ipsum est videlicet generare sibi simile secundum speciem. ¶ Considerandum est secundum doctorem sanctum quod esse divinum est cuius causa naturalia agunt: quod potest intelligi dupliciter. Uno modo quod sit illud cuius causa naturalis res directe agit: sicut dicimus quod sanitas est cuius causa medicus agit. Alio modo quod sit illud quo aliquid agit: vel sit illud sine quo res agere non potest: sicut dicimus quod sine calefacere medicus sanare non potest: primo igitur et secundo modis intelligitur quod esse divinum est: cuius causa agens naturale agit. ¶ Contra predictam conclusionem sic arguitur: Illa operatio que est operatio nature non est operatio anime: sed generatio est operatio anime vt infra patebit: ergo generatio non est operatio nature. et per consequens generare non convenit naturaliter viventibus. ¶ Preterea illa operatio que reperitur in inanimatis: non pertinet ad potentiam vegetativam: sed generatio reperitur in inanimatis: ergo non pertinet ad potentiam vegetativam. ¶ Preterea generare non convenit pueris nec etiam animalibus imperfectis: ergo sequitur quod generare non convenit naturaliter viventibus: quia illud quod convenit naturaliter alicui: semper ei convenit. ¶ Ad primum dicendum quod natura potest accipi dupliciter. Uno modo secundum quod distinguitur contra hoc quod est esse contra naturam: et isto modo generatio est operatio naturalis. Alio modo vt distinguitur contra principium naturale determinatum quod est anima: et isto modo generatio non est anima. ¶ Ad secundum dicendum quod generatio alio modo reperitur in inanimatis et in animatis. nam inanimata habent generationem ab extrinseco generante: sed viventia habent generationem a principio intrinseco: inquantum generantur ex semine: vnde ratio non sequitur. ¶ Ad tertium dicendum quod a predicta generatione viventium excipiuntur tria secundum philosophum. quibus generare non convenit. primo illa que sunt imperfecta vt pueri qui non generant. Quod. n. potest alterum facere tale quale ipse est: hoc in vnoquoque genere perfectum est. secundo excipiuntur illa que patiuntur aliquem defectum alicuius principii naturalis sicut sunt spadones et frigidi. tertio excipiuntur animalia et plante que generantur sine semine ex putrefactione. In his enim propter sui imperfectionem: sufficit agens vniversale. s. virtus corporis celestis et natura disposita vt hic deducit doctor sanctus. licet ergo generare sibi simile competat naturaliter omnibus viventibus exceptis tribus predictis: non tamen propter hoc sequitur quod conveniat omnibus simpliciter vel absolute. ¶ Tertia conclusio. anima est causa viventis corporis vt

formalis. hec conclusio ꝓbatur duplici ratione phi. Quaꝝ prima est. Nam illud est causa alicuius vt forma: quod est causa essendi. quia ꝑ formam vnumquodq; est actu. sed anima est viuētibus cā essendi: ergo anima est causa viuentibus vt forma. probatio maioris: quia ꝑ aīam vivientia viuūt: sed viuere viuētibus est esse: ergo per aīam habet esse. Secūda ratio talis est. Illud quod ē actus alicuius: est ratio ⁊ forma eius quod est in potentia: sꝫ aīa est actus corporis viuētis: vt ex supradictis pꝫ: ergo aīa est causa viuētibus vt forma: que cōclusio satis superius declarata est. ¶ Quarta cōclusio. Anima est causa corporis viuentis vt finis. hec cōclusio ꝓbatur tali rōne. ¶ Sicut intellectus operat̄ ꝓpter finē ita ⁊ natura vt pꝫ secundo phi. sꝫ intellectus in his que fiunt ꝑ artē: materiā ordinat ⁊ disponit ꝓpter formā tanq̄ ꝓp finem: ergo ⁊ natura. cū igitur ⁊ aīa sit forma viuētis corporis: sequit̄ ꝙ sit finis eius. Si dicat̄ finis ⁊ forma sunt diuersa genera cāꝝ: sed aīa est forma viuētiū vt iā dictū est: ergo non ē finis. ¶ Dicēdum ꝙ duplex est finis: videlicet finis generatōnis ⁊ finis rei genite. Verū est ꝙ forma ⁊ finis rei genite non coincidunt: sed tamē forma ⁊ finis generatiōis inq̄tum terminat eā. ¶ Ex hac cōclusione infert phs vnum correlarium: vꝫ ꝙ aīa non est solū finis corpoꝝ viuētiuꝫ sꝫ ēt omnium naturaliū corpoꝝ in istis inferioribꝰ que sic ꝓbatur fm phm. ¶ Nā instrumēta ordinātur ad cās ṗncipales tanq̄ ad finē: sed oīa corpora aīata sunt instrumēta animatoꝝ ⁊ sunt ꝓp ipsa ēt inanimata minus perfecta ꝓpter aīata magis ꝑfecta: ergo oīa corpora nālia inferiora tā inaīata q̄ aīata ordinant̄ ad aīaꝫ tanq̄ ad finē. ¶ Quinta conclusio. Anima est causa viuētiuꝫ: sicut ṗncipiū vnde motus. hec cōclusio ꝓbatur tali rōne. Oīs forma corporis naturalis est ṗncipiuꝫ motus ꝓprii illius corporis. sꝫ quidā motus sunt ꝓprii rebus viuentibus videlicet sentire: moueri ꝑgressiue augeri ⁊ minui ⁊c. ergo est ṗncipiū vnde motus. ¶ Et si dicatur principiū vnde motus dicitur causa efficiens: sed aīa non est cā efficiens: ergo nō est principiū vñ motus. ¶ Dicēdum ꝙ ṗncipium vnde motus pōt accipi dupliciter. vno mō ꝓprie ꝑ eo qđ est ṗncipiū ꝓductiuū ipsius motus. ⁊ isto mō ṗncipiū vnde motus dicitur cā efficiēs secūdo phi. Secūdo mō accipitur cōmuniter ꝑ eo qđ est principiū actuale motꝰ: siue talis sit forma siue efficiēs: ⁊ isto mō forma dicit̄ ṗncipium vnde motus. Ex predictis ꝯclusionibꝰ infertur vnuꝫ correlariū fm phm qđ est ṗncipale intentū in hoc caplo: videlicet ꝙ operatiōes que attribuūtur potētie vegetatiue. sunt ab aīa: qđ pꝫ tali rōne. ¶ Nā aīa est ṗncipiū ⁊ cā viuētis corporis: vt per tres predictas ꝯclusiones pꝫ: ergo est ṗncipiū operationū eiusdē: cū igitur opationes q̄ attribuunt̄ potētie vegetatiue sint opationes corporis viuētis: sequit̄ ꝙ sint opationes aīe. ¶ Cōtra predictum correlariū sic arguit̄ ꝓ prio rōe empedoclis. Elemēta sunt causa augmentatiōis ⁊ diminutiōis: ergo sequitur ꝙ aīa non est ṗncipium augmētatiōis: ⁊ per ꝯñs opationes potētie vegetatiue nō sunt ab aīa. ¶ Preterea quod conuenit alicui per se: ē ṗncipium oīum illoꝝ q̄ ꝑticipant illud (sic ignis q̄ est calidus per se est cā caloris in rebus mixtis) sꝫ inter alia elementa solus ignis videtur augeri ⁊ nutriri: ergo videtur ꝙ solus ignis est cā augmēti ⁊ nutrimēti ⁊ non aīa. ¶ Ad primū dicit phs destruēdo opinionē empedoclis ꝙ augmentum in sursum ⁊ deorsum in aiatis ꝓcedit ab aīa ⁊ nō ab elemētis: quod pꝫ dupliciter. Nā si ꝓcederet ab elementis: sequeretur ꝙ in oibus viuētibꝰ sumeretur eodē modo sursuꝫ ⁊ deorsuꝫ: ⁊ alie differentie positiōis. sequeretur ēt ꝙ in q̄bus essent due differentie positiōis fm nām distinctereētur oēs fm nām distincte: ꝯñs est manifeste falsuꝫ. nā in plātis sursuꝫ dicitur radix ⁊ locatur circa terrā: sed in hominibus sursum locat̄ circa celum: ⁊ dicitur caput: in brutis vero sursum locatur medio mō. Secundo illud est ṗncipiū ⁊ cā augmēti qđ continet elemēta ne totaliter separent̄ ab inuicē. hoc aūt est aīa in rebus viuētibus: ergo aīa est ṗncipiū ṗncipale augmenti ⁊ nō elemēta: licet tamē ad augmētum instrumentaliter ꝯcurrant. ¶ Ex quo patet ꝙ primū argumētum soluitur negādo antecedēs. ¶ Pro ampliori vō declaratiōe sciēdū est fm doctorē sanctū in presenti lectiōe ꝙ differētie positiōis. s. sursuꝫ ⁊ deorsum: ante retro: dextrum ⁊ sinistrum in aliquibꝰ distinguunt̄ fm nāꝫ. In aliquibus vero distinguunt̄ solū positiōe quo ad nos. In illis autē i quibus sunt determinate partes q̄ sunt naturaliter ṗncipia aliquoꝝ motuum: distinguunt̄ predicte differentie fm naturā in vniuerso: ad cuius mediū nāliter ferūt̄ grauia: ⁊ ad cuiꝰ circumferentiā ferunt̄ leuia. similr ī viuentibus fm motum augmēti ⁊ decremēti: distinguūtur sursū ⁊ deorsuꝫ. Nā sursuꝫ dicitur illa pars: vñ viuētia alimentū accipiūt. deorsum aūt pars apta vnde superfluitates emittūt̄: ante vero ⁊ retro in quibusdā determinant̄ fm sensum: dextrum ⁊ sinistruꝫ determinat̄ fꝫ motū localē. In his vero in quibus nō est determinata pars aliqua q̄ est ṗncipiū vel terminus alicuius motus: predicte differentie nō distinguunt̄ fm nām sed solū positione quo ad nos ⁊ in rebus inanimatis: vnde eadē colūna dicitur sinistra ⁊ dextra hec autem omnia doctor sanctus in lectione. ¶ Ad secūdū dicendū ꝙ licet ignis sit cā instrumentalis alimēti ⁊ nutritionis ⁊c. tñ aīa est cā ṗncipalis. Cuius ratio phi ē: quia ī vnoquoq; viuēte fm nām ē certus terminus ⁊ determinata rō augmēti ⁊ magnitudinis: ergo illud qđ est causa determinatiōis magnitudinis ⁊ augmenti: est causa ṗncipalis augmēti. hoc aūtē est aīa ⁊ non ignis. nā ignis in infinitū potest extendi si in infinitum sit materia cōbustibilis aut inueniat̄: ergo ⁊c. ¶ Ex predictis patet remotio duarū opinionū. Quarū prima est q̄ attribuit operationem potētie vegetatiue ipsis elemētis indifferenter fm ꝙ leuitas dicitur causa motus sursuꝫ ⁊ grauitas motus deorsum. Secunda vero opinio attribuit predictas operationes ipsi igni tantum ⁊ nō ceteris elementis.

¶ Sequitur in textu. (Quoniā eadem est potentia ⁊c.) Hec est lectio nona eiusdem libri: ⁊ in commento sancti Thome.

i **stud** est quartum capitulum secundi tractatus in quo phs ponit duas ꝯclusiones. quaꝝ prima ē ꝙ alimētū oꝫ eē cōtrariū ei quod alitur: hec ꝯclusio ꝓbatur duplici rōne: quaꝝ prima ē. ¶ Nā alimētum decoquitur ⁊ mutatur in illud qđ alit̄ siue nutrit̄ sed nil mutat̄ nisi in cōtrarium: ergo alimētum est cōtrarium ei in quod mutatur. ¶ Preterea omne agens est cōtrarium paciēti. nā simile a simili non patit̄: sed alimentū patitur ab eo quod alitur. nam alterat̄ ab eo ⁊ digerit̄. ergo ⁊c. ¶ Contra hāc cōclusionē arguit̄ ōmo rōne phi. ¶ Nam alimentū ē cā augmenti: sꝫ oportet ꝙ simile simili augeat̄: nā si aliquid diuersum opponeretur: non esset eiusdē augmētum: sed esset nature extranee adiunctio. videt̄ ergo ꝙ oꝫ simile a simili ali: ⁊ per cōsequens alimētum non debet eē contrarium ei quod alitur. ¶ Preterea arguitur cōtra primā rationem: nam aliquod mutatur in medium vtputa de albo in pallidum: ergo falsum est dicere ꝙ nihil mutatur nisi in contrarium. ¶ Ad primum dicendum secundum phylosophum ꝙ alimentum potest dupliciter considerari. vno modo ante decoctionem. sic est contrariū ⁊ dissimile ei qđ alitur. Alio modo consideratur alimentum fm ꝙ iam decoctum est fm ꝙ conuertitur in substātiaꝫ aliti sic est simile ei quod alitur. vnde vno modo simile a simili alitur. Alio modo a suo contrario. Sed contra in sbā nulla est contrarietas: sed alimentū est sbā. ergo ⁊c. ¶ Dicendum ꝙ licet in genere sbe non sit cōtrarietas proprie dicta. s. physica: est tamen contrarietas largo modo sumpta: videlicet pro quacunq; dissimilitudine. Vel dicendum ꝙ licet in substantia non sit contrarietas fꝫ formas substantiales: in ea tamen est contrarietas secundum formas accidentales: sicut patet de elementis. ¶ Ad secundum dicendum ꝙ mediū cōparatum ad vnum ex-

tremorum inquantum rationem habet alterius extremi est quodammodo contrarium: sicut pallidum albo comparatum: dicitur nigrum: nigro vero comparatum dicitur album: vnde ratio non sequitur. ¶ Pro maiori declaratione precedentium philosophus assignat tres conditiones in capite capituli que requiruntur ad hoc quod aliquid sit alimentum. Quarum prima est quod alimentum videtur esse contrarium ei quod alitur propter rationes supra assignatas. Secunda est quod non quodcunque contrarium sufficit ad rationem alimenti: sed oportet quod sit de illis contrariis que habent generationem ex se inuicem: quia nutrimentum conuertitur in substantiam nutriti. Tertia conditio est quod sit ex illis contrariis que augmentum suscipiunt ex se inuicem: quia ex alimento sequitur augmentum. vnde licet ex igne generetur aqua non tamen dicitur quod ex igne nutriatur aqua sed potius econuerso. ¶ Secunda conclusio est quod tres sunt partes potentie vegetatiue: videlicet potentia nutritiua augmentatiua et generatiua. hec conclusio probatur duabus rationibus que eliciuntur ex philosopho. Quarum prima est. Nam alimentum est obiectum potentie vegetatiue: vel ergo est obiectum eius inquantum est in potentia per se ad corpus animatum: sic sumitur potentia nutritiua: vel tale alimentum est in potentia ad corpus quantum: sic sumitur potentia augmentatiua: vel tale alimentum est in potentia substantia generans: sic sumitur potentia generatiua. ¶ Pro declaratione huius rationis. considerandum est secundum doc. san. in lectione quod nihil nutritur nisi quod est participans vita: sed omne participans vita est animatum: ergo corpus quod alitur est animatum: sed alimentum est in potentia ad illud quod alitur: conuertitur enim in ipsum. Et sic relinquitur quod alimentum inquantum est nutritionis obiectum est aliquid existens in potentia ad corpus animatum per se non per accidens. ¶ Ex predicta ratione infert philosophus diffinitionem potentie nutritiue: videlicet quod potentia nutritiua est principium nutritionis mediante alimento saluans suum susceptiuum. Et si dicatur alimentum est principium nutritionis: ergo non potentia nutritiua. Dicendum quod in nutritione sicut dicit doc. san. hic: sunt tria: videlicet quod alitur: quo alitur: et alens quod est duplex scilicet primum et proximum. Alens primum est ipsa anima. Alens proximum est anima vegetatiua. Illud vero quod alitur est corpus habens hanc animam: sed illud quo alitur instrumentaliter est alimentum. Ex quo patet quod alimentum et anima vegetatiua siue potentia eius diuersimode sunt principia nutritionis eius. ¶ Secunda ratio est: quia sunt tres operationes potentie vegetatiue: videlicet nutritio: qua aliquis saluatur in esse indiuiduali et augmentatio qua aliquid proficit in maiorem perfectionem secundum quantitatem et virtutem et generatio per quam aliquid quasi ex seipso perfectum existens: alteri esse et perfectionem tradit: ergo tantum sunt tres potentie anime vegetatiue: cum potentie distinguantur per operationes. Ex hac ratione infertur secundum philosophum quod inter predictas operationes est ordo. nam nutritio est prima: secunda augmentatio: tertia vero et perfectissima est generatio. Cuius ratio est quia per nutritionem aliquid saluatur in esse: per augmentum vero suscipit debitam quantitatem: et per generationem producit sibi simile. Sed manifestum est quod primo oportet rem habere et conseruari in esse quam habere debitam quantitatem: et necesse est quod habeat determinatam quantitatem antequam possit generare: ergo inter predictas operationes est ordo. Secundo infert diffinitionem anime vegetatiue: videlicet quod est generatiua alterius similem sibi secundum speciem. et si dicatur ipsius anime vegetatiue sunt alie perfectiones quam generare: vt patet ex dictis que sunt priores: ergo inconuenienter diffinitur anima pro generatiuum: dicendum secundum doc. san. quod quia omnia denominantur a fine: finis autem operationum anime vegetatiue est generare alterum tale quale ipsum est: ideo ipsa prima anima: videlicet vegetatiua conuenienter diffinitur per hoc quod est generatiua alterius etc. ¶ Contra predictam conclusionem sic primo arguitur: potentia anime est altior virtus quam natura corporea: sed natura corporea eadem virtute dat rei esse et determinatam quantitatem: ergo a fortiori ipsa anima eadem virtute dabit rei esse et determinatam quantitatem: et per consequens potentia augmentatiua et generatiua non differunt. ¶ Preterea per generationem res acquirit esse. similiter et per nutritionem: ergo potentia nutritiua et generatiua non differunt. ¶ Ad primum dicendum quod res corporea inanimata acquirit esse ab agente extrinseco tantum quod agit in materiam iam dispositam: ideo dans esse dat et quantitatem debitam: sed res animata in principio sue generationis requirit paruam quantitatem cum producatur a principio intrinseco: videlicet a principio seminis. vnde ratio non sequitur. ¶ Ad secundum dicendum quod alimentum non est principium generationis eius quod alitur: sed alterius quod est tale secundum speciem: quale est quod alitur: quia substantia que alitur iam est et quod est non generatur: quia nihil generat seipsum: quia quod generat iam est: et quod generatur non est. Ex quo patet quod aliud est quod acquiritur esse per alimentum et aliud per generationem. ¶ Circa predicta dubitatur primo vtrum corpus animatum nutriatur: et videtur quod non. nam ignis dicitur nutriri ex aqua inquantum videlicet liquores humidi cedunt in ignis nutrimentum: sed constat quod ignis est corpus inanimatum: ergo non solum corpus animatum nutritur. In oppositum est philosophus hic in litera. ¶ Dicendum quod aliquid potest nutriri dupliciter. Vno modo proprie sic solum corpora animata augentur et nutriuntur: quia dum corpus animatum augetur et nutritur: quelibet eius pars augetur et nutritur. Alio modo aliquid dicitur nutriri secundum quandam similitudinem: et isto modo corpora inanimata possunt dici nutriri. ¶ Ad rationem dubij dicendum quod licet ignis dicatur nutriri improprie: non tamen dicitur nutriri proprie. quia illud dicitur nutriri proprie: quod in seipso aliquid recipit ad suipsius conseruationem: quod non accidit in igne licet videatur accidere. quia vt hic doctor sanctus et dum in materia accensa additur materia combustibilis. nouus ignis generatur: non autem quod illud combustibile addatur cedat in conseruationem ignis precedentis in alia materia prius accensa: puta si aliquod lignum de nouo igniatur per hanc ignitionem non conseruatur ignitio alterius ligni prius igniti: totus enim ignis qui est ex aggregatione multorum ignium omnium non est vnus simpliciter: sed videtur vnus aggregatione: sicut aceruus lapidum est vnus: et propter talem vnitatem: est ibi quedam similitudo nutritionis. ¶ Dubitatur secundo vtrum alimentum sit instrumentum nutritionis: et videtur quod non. Nam calor naturalis est instrumentum nutritionis: ergo non alimentum. In oppositum est philosophus in litera. ¶ Dicendum ad dubium secundum philosophum quod duplex est instrumentum nutritionis: videlicet coniunctum et separatum. calor naturalis dicitur instrumentum coniunctum. Alimentum vero dicitur instrumentum separatum instrumentum nutritionis. ¶ Dubitatur vltimo vtrum generatio solum reperiatur in animatis: et videtur quod non: quia ex aqua generatur ignis: sed aqua et ignis non sunt corpora animata. ergo etc. ¶ Preterea in diuinis reperitur generatio: et tamen deus non dicitur animatus presertim anima vegetatiua: ergo idem quod prius. In contrarium arguitur nam generatio est operatio potentie vegetatiue: sed potentia vegetatiua solum reperitur in animatis: ergo et generatio.

¶ Dicendum quod generatio potest accipi tripliciter. Vno modo communiter videlicet prout est progressio de non esse ad esse: et isto modo generatio reperitur tam in animatis quam in inanimatis. Secundo modo accipitur proprie videlicet vt est progressio alicuius viuentis ab aliquo viuente coniuncto secundum rationem similitudinis in specie: et isto modo generatio reperitur in animatis: et proprie vocatur natiuitas. Tertio modo accipitur generatio propriissime: videlicet vt est progressio alicuius viuentis ab aliquo viuente coniuncto secundum rationem identitatis in esse: et isto modo generatio non potest reperiri in creaturis: sed solum in deo: quia in creaturis generans et genitum differunt secundum esse: non autem in diuinis. ex quo patet solutio ad rationem dubij.

¶ Sequitur in textu. (Determinatis autem etc.) ¶ Hec est lectio decima eiusdem libri: et in commento sancti Thome.

Istud est quintum capitulum presentis tractatus in quo phylosophus determinando de parte sensitiva in communi ponit duas conclusiones. Quarum prima est ꝙ sensus est potentia passiva. hec conclusio probatur tali ratione phylosophi. Sentire est quoddam pati: ergo sensus est potentia passiva. Assumptum patet: quia sentire consistit in motu. cum sensatio in actu sit quedam alteratio: ⁊ unumquodque secundum ꝙ alteratur patitur: ergo sentire est quoddam pati. ¶ Contra hanc conclusionem sic arguitur. Sensus est quoddam ens in actu ut in hoc capitulo concedit phylosophus: sed esse in actu magis pertinet ad agere quam ad pati. cum unumquodque agit secundum ꝙ est in actu: ergo sensus est in potentia activa. ¶ Preterea potentia passiva comparatur ad suum obiectum: sicut effectus ad suam causam sive principium sicut supra concessum est: sed sensus non comparatur ad suum obiectum sicut ad suam causam: ergo idem ut supra: probatio minoris. quia obiecto non existente sensus existit: ergo obiectum non est causa eius. ¶ Preterea illud quod est principium operationum: est potentia activa: sed sensus est principium operationis ⁊ agendi: ergo sensus est potentia activa. ¶ Ad primum dicendum ꝙ aliquid dicitur esse in actu dupliciter ut dicit hic doctor sanctus. Uno modo in actu completo ⁊ perfecto: ⁊ isto modo esse in actu pertinet ad agere magis quam ad pati. Alio modo dicitur aliquid esse in actu incompleto ⁊ imperfecto sicut motus qui dicitur actus entis in potentia. ⁊ isto modo esse in actu bene pertinet ad pati. sensus autem est in actu secundo modo ⁊ non primo modo. ¶ Ad secundum dicendum ꝙ obiectum sensus est principium ipsius sensus non quantum ad esse nature absolute: sed quantum ad actum sentiendi. ⁊ licet obiecto non existente secundum actualem existentiam remaneat sensus: non tamen potest remanere sensus nisi remaneat naturalis habitudo ad ipsum obiectum ut supra declaratum est. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ duplex est operatio: nam est quedam qua aliquid perducitur ab aliquo extrinseco que dicitur operatio transiens sicut domificare vel verberare. Alia est operatio qua aliquid suscipitur in operante que vocatur operatio immanens. Illud autem quod est principium operationis primo modo sumpte: bene est potentia activa: non autem secundo modo: sensus autem est principium operationis secundo modo dicte: unde ratio non sequitur. ¶ Secunda conclusio. Sensus in actu non est ipsa sensibilia ita scilicet ꝙ ex eis componatur ut antiqui voluerunt. hec conclusio probatur duabus rationibus phylosophi. Quarum prima est. ¶ Nam si sensus esset ipsa sensibilia in actu. sequeretur ꝙ ipse sensus posset sentiri: consequens est falsum: ⁊ contra experientiam: ⁊ consequentia patet: quia ipsa sensibilia possunt sentiri. Secunda ratio: si sic sequeretur ꝙ sensus posset sentire sine exterioribus sensibilibus: consequens est falsum. ergo ⁊c. patet sequela. Sensus potest sentire presentibus sensibilibus. ergo si sensus esset sensibilia in actu: sequeretur ꝙ posset sentire sine sensibilibus exterioribus. ¶ Ex hac conclusione infertur unum corelarium ꝙ sensus non est in actu sine sensibilibus exterioribus: sed in potentia tantum sicut combustibile: quod est potentia tantum ignitum: non comburitur ab ipso sine exteriori combustione. Nam si esset actu ignitum: combureret seipsum ⁊ non indigeret exteriori igne ad hoc quod combureretur. Ex predictis etiam patet falsitas opinionum Empedoclis ⁊ illorum qui posuerunt sensum actu esse sensibilia ipsa. propter hoc ꝙ simile simili cognosceretur: voluerunt enim ꝙ anima sensitiva esset composita ex sensibilibus: ut cognosceret omnia sensibilia. ¶ Contra predictam conclusionem ⁊ eius corelarium: sic primo arguitur. ¶ Intellectus in actu est illud quod intelligitur: quia ex intellectu ⁊ intellecto fit unum: ut patet tertio huius. ergo a simili sensus in actu est sensibile in actu. ¶ Preterea illud quod semper est in natura animali existente est in actu. sed sensus est huiusmodi ad minus sensus tactus ut supra concessum est: ergo sensus est in actu ⁊ non tantum in potentia. ¶ Preterea illud quod est coniunctum operationi: est ens in actu: sed sensus est coniunctus operationi: ut visus coniungitur ipsi videre. ergo ⁊c. ¶ Ad primum dicendum ꝙ dum dicitur ꝙ intellectus in actu ⁊ intellectum sunt unum ibi est predicatio causalis ⁊ non essentialis: ⁊ est sensus ꝙ ex intellectu ⁊ intellecto fit unum. Unde non oportet ꝙ ipse intellectus in actu sit ipsum intelligibile. Et similiter dicendum est de sensu ⁊ sensibili. ¶ Ad secundum dicendum ꝙ licet sensus quantum ad esse nature semper sit animali existente: non tamen semper est quantum ad actualem sensationem. unde sensum esse in actu potest intelligi dupliciter. Uno modo presentialiter ⁊ quantum ad esse nature: ⁊ isto modo conceditur argumentum. Alio modo quantum ad actum sentiendi: ⁊ isto modo non oportet. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ ipse sensus dicitur aliquando esse in potentia coniuncta actui: videlicet quando actualiter sentit per impressionem similitudinis exterioris sensibilis. Aliquando vero dicitur esse in potentia distante ab actu: ut patet in dormientibus ab actu sentiendi sensationis. secus autem loquendo de actu actualis existentie.

¶ Sequitur in textu. (Dividendum autem ⁊c.) Hec est lectio undecima eiusdem libri: ⁊ in commento sancti Thome.

Istud est sextum capitulum predicti tractatus in quo phylosophus ostendendo qualiter sensus reducatur de potentia ad actum: ponit duas conclusiones. Quarum prima est. Quod aliquis qui reducitur de potentia ad actum scientie: dicitur pati: hec conclusio probatur tali ratione: quia passio importat quandam receptionem: sed dum aliquis reducitur de potentia ad actum sciendi: recipit aliquid. ergo ⁊ cetera. ¶ Pro declaratione huius conclusionis advertendum est secundum phylosophum in litera: quod aliquis dicitur in potentia sciens dupliciter. Uno modo quia naturalem potentiam habet ad sciendum: sic ille dicitur de numero habentium scientiam qui habet naturam ad sciendum. Secundo modo aliquis dicitur in potentia ad sciendum qui habet iam habitum scientie non tamen actu considerat. ¶ Considerandum est secundo ꝙ predicti duo modi potentie differunt: quia ille qui est in potentia primo modo non potest reduci ad actum sine exteriori agente: sed bene secundo modo. Ille enim qui habet naturalem aptitudinem ad sciendum ⁊ non habitum scientie: reducitur ad actum per doctorem: aut intrinsecum aut extrinsecum. ⁊ per acquisitionem doctrine. Ille autem qui habet habitum scientie: potest speculari dum vult. ¶ Considerandum est tertio ꝙ ille qui est in potentia primo modo: dum reducitur ad actum scientie alteratur per doctrinam ⁊ multotiens talis mutatio est ex contrario habitu: videlicet ex ignorantia: sed ille qui est in potentia secundo modo dum reducitur ad actum: non alteratur nec transit de contrario habitu. ¶ Considerandum est quarto secundum doctorem sanctum ꝙ duplex est ignorantia. Quedam est ignorantia pure negationis: quando scilicet aliquis veritatem non cognoscit: neque contrario errore detinetur. Alia est ignorantia prave dispositionis ut quando aliquis detinetur errore contrario veritati. Quando autem aliquis de ignorantia prima reducitur ad scientiam: fit actu sciens: non quasi mutatus de contrario habitu: sed sicut acquirens scientiam. qui vero de ignorantia secunda reducitur ad scientiam: reducitur ad actum quasi de contrario habitu mutatus. ¶ Considerandum est quinto ꝙ duplex est passio. quedam est passio corruptiva per quam scilicet aliquid ra-

monetur a patiente. Alia est passio perfectiua: qua aliqd
recipit in patiente. Quoniam autem dicit ꝙ ille q reduci
tur de potentia ad actum scientie patit: intelligendū est
de passione perfectiua ⁊ nō corruptiua. Cuius ratio est:
qr quod est receptiuū alterius: comparat ad ipsum sicut
potentia ad actum. actus autē est perfectio potētie: ideo
dum aliquis reducitur ad actum scientie: suscipiēdo scié
tiam: patit passione perfectiua. ¶ Cōsiderandū secūdo ꝙ
passio accipit dupliciter. Uno modo proprie secunduz
quod hz fieri cum quadam corruptione: que fit a cōtra/
rio. passio.n. proprie dicta videt importare quoddā de
trimentum patientis: inquantum ab agente detrimentū
accidit patienti secunduz ꝙ aliquid a patiente abicitur:
que quidē abiectio est q̄dam corruptio vel simpliciter:
sicut qñ abicit forma substantialis: vel secunduz quid:
quando dicitur forma accidetalis. Alio modo accipitur
passio cōmuniter ⁊ minus proprie secundū ꝙ importat
quandam receptionem: ⁊ isto modo accipit hic. ¶ Cō
siderandum vltimo ꝙ duplex est alteratio quedā est pro
prie dicta: que.s. est de contrario in contrarium ⁊ vocat
alteratio corruptiua. Alia ē alteratio cōmuniter sumpta:
que est mutatio in habitū ⁊ naturam secundum ꝙ in ala
quo recipiunt forme ⁊ habitus siue perfectiones. ⁊ di/
cit alteratio perfectiua. Quando autem habens habitū
scientie reducitur ad actum considerandi: alterat altera/
tione secundo modo dicta: ⁊ non primo modo. Quādo
vero reducitur de potentia ad habitum scientie alterat
etiam secundo modo ⁊ non primo modo: secūdum rei
veritatem: licet sit quedam similitudo alterationis: que
est de contrario in contrarium: hec oia doctor sanctus in
lectione. ¶ Contra predictam conclusionez arguitur sic.
vbicūqz est passio: ibi est priuatio alicuius perfectionis:
sed qñ aliqd efficit sciens nō est ibi in eo priuatio perfe
ctiōis: sed magis pficit: ergo nō patit. ¶ Preterea vbi
est passio ibi est alteratio: sed qui recipit scientiam nō al/
terat: cum alteratio sit solum ad tertiā spēm qualitatis:
ergo ⁊c. ¶ Preterea si esset ibi passio vel alteratio in re
ceptione scientie aut esset de cōtrario in contrarium aut
non. Si secundo mō sequit ꝙ ibi non esset alteratio: cuz
alteratio fit de cōtrario in cōtrarium. Si primo mō tūc
in receptione scientie esset corruptio quedam: qđ est fal/
sum: ergo ⁊c ¶ Ad hec argumenta pz solutio ex dictis.
Uerumtamen considerandū est hic secundū doctorem
sanctū in lectione ꝙ quando aliquis ab ignorantia praue
dispositionis: videlicet ab errore reducitur ad viam ve
ritatis: est ibi quedaz similitudo alterationis q̄ est de cō/
trario in cōtrariū: non tamen vere ē ibi talis alteratio. nā
alterationi que est de cōtrario in contrariū vtrūqz per
se ⁊ essentialiter: (⁊ per ꝯñs semper ei competit:) vide
licet ꝙ sit a contrario: ⁊ ꝙ sit in contrariū: vt dealbatio si
cut non est nisi ad albū: ita nō est nisi a nigro vel a medio
colore: quod respectu albi est quodāmodo nigrū. Sed
in acquisitione scientie: hec non essentialiter ⁊ ꝑ se cōpe/
tunt: sed accidit ꝙ ille qui acquirit scientiā veritatis in pri
cipio fuit in errore: qr absqz hoc potest reduci ad scienti
am veritatis. vñ non est vera alteratio de contrario in cō
trarium. ¶ Et si querat vtrum ille qui accipit scientiaz
⁊ fit actu sciens semper fiat actu sciens a magistro: videt
ꝙ non: quia multotiens aliqui acquirunt scientiaz absqz
magistro per se inueniendo. ¶ Ad quod respondet do/
ctor: sanctus ꝙ cū aliquis est in potentia sciens: si fiat actu
sciens oz ꝙ hoc fiat ab eo quod est in actu: sed aliquan/
do ille qui est i potētia reducit a principio extrinseco: si
cut aer illuminat ab eo quod est actu lucidum. Quando
qz autem reducit ad actum a principio intrinseco: sicut
aliquando homo sanat a natura: ⁊ isto vltimo modo se
habet in acquisitione scientie: homo.n. acquirit scientiaz
a principio intrinseco inueniendo: ⁊ a principio extrinse
co addiscendo. ¶ Secūda conclusio: qñ aliquis reducit
de potentia sentiēdi ad actum dicit pati modo supra po
sito. hec conclusio probat tali ratione. sicut se habet potē
tia sciēdi ad actū sciēdi. ita se hz pō sentiēdi ad actū sentiēdi
sz dum aliquis reducit d poten ia ad actū sciendi: patit.
ergo ⁊c ¶ Pro cuius declaratione considerandum est
ꝙ aliquid dicit esse i potentia sentiendi duobus modis.
Uno modo illud dicit in potentia sentiendi quod nōdū
hz sensum: natuz tñ est habere Alio modo quod iam hz
sensuz ⁊ non sentit: sed est in potentia sentiens. De pma
autez potentia aliquis reducit ad actum per generatio
nem: qr sensus naturaliter est in aiali: secus est de scientia
que non inest hoī per naturā: sed secunda potētia aliquis
reducit ad actum per presentiam obiecti ⁊ determinatā
dispositionem organi. ¶ Considerādum vlterius quod
sensus non potest reduci de potentia secunda ad actuz ꝑ
ea que intra ipsum sunt. cuius ratio est secundum docto
rem sanctum: qr obiecta sensus sunt extra animaz: ⁊ per
consequens sunt singularia: scientia vero est vniuersaliuz
que quodammodo sunt in anima. Unde ille qui iaz hz
scientiam: non oportet quod querat exteriora sua obiecta
sed habet ea in se. ⁊ per consequens potest cōsiderare ea
cum vult: nisi per accidens impediatur: sed sentire non
potest aliquis cuz vult quia sensibilia non hz in se. ¶ Cir
ca predicta mouet doctor sanctus duas dubitationes.
Quarum prima est vtrum sensus sit singularium tantū:
scientia vero vniuersalium. ¶ Et videt ꝙ non. Quia il/
la potētia cuius obiectū habz rōnem communem ⁊ vni
uersalem: non dicit esse singulariū: sed sensus est huius/
modi cū obiectū eius sit color in communi ⁊ non hic vl
ille color: ergo ⁊c. ¶ Preterea quorū est scientia: eorū
est sensus: cum nihil sciat quod non cadat sub sensu sz sci
entia est vniuersalium. ergo sensus similiter erit vniuer/
salium. ¶ Dicendum ꝙ sensum esse vniuersalium po/
test intelligi dupliciter. Uno modo accipiendo sensum
pro operatione sentiendi: ⁊ isto modo sensus est singula
rium: qr operationes sunt singularium. Alio modo ac
cipiendo sensum pro potentia sensitiua. ⁊ hoc dupliciter
vel subiectiue: vel obiectiue. Si primo modo sic etiam
sensus est singularium. Si secundo modo hoc iteruz du
pliciter: vel per se vel ꝑ accidens. Si secundo mō sic sen
sus est bene vniuersaliuz. Si primo modo sic sensus nō
est nisi singularium. cuius rōnem assignat doctor sanctus
in lectione. ¶ Nam sensus est virtus in organo corpora
li existens ⁊ vnumquodqz recipit in alio: per modum
sui: ergo oz quod sensus materialiter ⁊ corporaliter reci
piat similitudinem eius quod incorporaliter intelligit:
⁊ quia intellectus est virtus immaterialis ideo oz quod
recipiat immaterialiter ⁊ incorporaliter illud quod in/
telligit. Illa autem que sunt materialia ⁊ corporalia sūt
singularia. Illa autem que sunt immaterialia ⁊ incorpo
ralia per abstractionem: sunt vniuersalia. ideo sensus di/
citur esse singularium: scientia vero vniuersalium. ¶ Ad
rationem dubii dicendum ꝙ sensus non percipit vniuer
salitatem rationis sui obiecti: sed fertur immediate ad in/
diuiduum vagum alicuius generis. vtputa ad aliquod
corpus coloratum: ⁊ non ad hoc vel ad illud: secunduz
quod huiusmodi: vt ratio volebat. ¶ Ad secundum di
cendum quod quorum est scientia. eorūz est sensus: non
tamen eodem modo: que illa que prius sunt in sensu ma
terialiter ⁊ corporaliter intelliguntur: postea ab intelle
ctu immaterialiter absqz conditionibus indiuiduantib9.
¶ Dubitatur secundo vtrum vniuersale habeat esse in
anima: sicut iam dictum est: ⁊ videtur ꝙ non. Nam vni
uersale est in singularibus: ergo non est in intellectu.
¶ Preterea vniuersale est in predicato ⁊ ē essentia que
dam: ergo est ens extra animam: patet consequentia: qr
nihil ponit in predicato nisi sit ens extra animaz vt vult
doctor sanctus. ¶ Ad dubiuz dicendum secundum do
ctorem sanctum ꝙ vniuersale accipitur dupliciter. Uno
modo pro ipsa natura communi prout subiacet intentio
ni vniuersalitatis. Alio modo potest considerari secun/
dum se ⁊ absolute. Et hoc dupliciter. vno modo secun
dū esse materiale quod est in materia naturali. Aliud au

tem immaterialē secundū quod est in intellectu. Si cō sideretur secundum esse qd̄ h3 in materia naturali: non potest ei aduenire intentio vniuersalitatis: q2 p materiā indiuiduatur: sed ei aduenit intentio vniuersalitatis secundum qd̄ abstrahitur a materia naturali non realiter sed p abstractionem intellectus per primā eius operationem intelligendo. s. naturam: non apprehendendo principia indiuiduantia: p3 ergo q intentio vniuersalitatis non potest attribui nature secundum esse quod h3 in indiuiduis sed secundum esse quod habet in intellectu per respectū tamen ad singularia: sic vniuersalia secundum intentionē vniuersalitatis considerata sunt in intellectu: de quo clarius in metaphysica habebitur ⁊ disputabitur: ⁊ per hoc patet solutio ad rationes dubii.

¶ Sequitur in textu. (Dicendum autem secundū vnū quodq3 ⁊c.) ¶ Hic incipit lectio duodecima eiusdē libri ⁊ in commento sancti Thome.

i **Stud** est septimū capitulū in quo philosophus ponēs differentiā inter sensibilia cōmunia ⁊ ppria ponit vnā conclusionem: v3 q sensibile vnū diuiditur in sensibile p se ⁊ sensibile p accidēs. Sensibile aūt per se bene subdiuiditur in sensibile pprīū ⁊ sensibile cōmune: hec cōclusio pbatur tali rōne fm doctorem sanctum. Nā enim sentire cōsistat in quodam pati ⁊ alterari vt supra dictū est: differētia sensibiliū sumenda est fm differentiā immutationis vel ergo tale sensibile nil facit ad immutationem sensus: vel aliqd facit. Si primū sic est sensibile p accidens. Si secūdū sic est sensibile p se: ⁊ hoc est dupliciter: vel q2 immutatio attēditur quantū ad speciem agentis: sic est sensibile p se pprīū: vel quantū ad modū actionis: sic est sensibile p se cōmune. ¶ Pro huius cōclusionis ampliori declaratione cōsiderandū est primo q sensibile p accidēs dicitur illud qd̄ accidit sensibili p se: sed sensibile p se dicitur illud q rōne sui ⁊ non alterius aptum natū est pcipi a sensu. Sensibile vero pprium dicitur illud quo aptum natum est pcipi ab vno solo sensu tm̄: ⁊ sunt qnq3: v3 color: sonus: sapor: odor: ⁊ q̄ttuor qualitates tangibiles: s3 sensibile cōe dicitur illud qd̄ aptum natū est nō ab vno solo sensu s3 a pluribus pcipi: sicut ista motus: quies: numerus figura ⁊ magnitudo q̄ dicuntur sensibilia: non q2 ab oībus sensibilibus pcipiantur: sed q2 apta nata sunt pcipi a pluribus sensibilibus q̄3 ab vno. ¶ Considerādū vlterius q sensus potest decipi circa sensibilia cōmunia: nunq̄3 tn̄ p3 decipi circa sensibilia ppria: ⁊ hoc tribus conditionibus obseruatis. Quarū prima est q ibi sit debita dispositio organi: secunda q ibi sit debita dispositio medii. Tertia q ibi sit determinata distantia inter sensum ⁊ sensibile. ¶ Considerandū tertio q ad hoc q aliqd sit sensibile p accēs due cōditiones requiruntur: quarū prima est q illud accidit sensibili per se. scd̄a est q illud pcipiatur immediate ab aliqua alia potentia pcepto sensibili p se. tertia q h sit vel a sensu vel ab intellectu vel a vi cogitatiua vel estimatiua. Exēplū primi ⁊ dulce pcipitur p accēs a visu: exēplum scd̄i vt aliquis videt aliquē moueri pcipit per itellectū q h3 vitā: exemplum tertii vt dum aliqs videt aliquē coloratū p vim cogitatiuā pcipit sortem vel platonē: exēplū quarti: vt dum ouis videt lupū p vim estimatiuā pcipit ipsum esse inimicum eius. ¶ Considerandū quarto q vis cogitatiua ptinet ad partē sensitiuā: ⁊ dicitur alio noīe ratio particularis. q2 sicut ratio vlīs est collectiua intentionum vlium: ita ratio pticularis dicitur collectiua intentionum particulariū siue indiuidualium. Et illa vis q̄ dicitur cogitatiua in hoīe dicitur estimatiua in brutis. q̄ tn̄ differunt in hoc q2 vis cogitatiua apprehendit indiuiduum: vt existens sub natura cōmuni. sed estimatiua apprehendit indiuiduum fm q est ens aut principium alicuius actionis. ¶ Cōtra predictam conclusionē arguitur primo sic. ¶ Numerus (cū multitudo mēsurata p vnū) solum apprehenditur p intellectū: cū ordinare ⁊ colligere ad itellectum ptineat: ergo numerus nō est sensibile. ¶ Preterea numerus non pcipitur ab oī sensu: ergo nō est sensibile cōe. ¶ Preterea aīal ē sensibile p se: ⁊ tn̄ non immutat sensum: ergo isufficiēter dictū ē q sensibile p se est illud qd̄ p se ⁊ nō rōne alterius immutat sensum. ¶ Ad primū dīm q numerus pōt cōsiderari dupliciter. Uno modo fm suū3 eē essentie: sic solum pcipitur ab intellectu. Alio mō fm suum esse mālē: sic pcipitur a sensu. ¶ Ad scd̄m dīm q sensibile cōe non dicitur cōe quia aptum natum sit sentiri ab oibus sensibus sed a pluribus vt dictum est. ¶ Ad tertium dicendum q sensibile potest accipi dupliciter. Uno modo actiue s3 q descēdit a sentio senus sentis: ⁊ sic aīal dicitur sensibile p se. Alio mō passiue vt qn̄ descendit a sentior ris tri: sicut accipitur in proposito: ⁊ isto modo animal non est sensibile per se s3 per accidens. ¶ Circa pdicta dubitatur fm doc. san. in lectione: vtrum illa que dicuntur sensibilia cōmunia possunt dici sensibilia per se ⁊ propria: ⁊ videtur q sic rōnibus aliquorū. Nam huiusmodi sensibilia sunt propria sensui communi: sicut sensibilia sunt propria singulis sensibus: ergo videtur q sint sensibilia p se ⁊ ppria. ¶ Preterea sensibilia ppria non possunt esse sine communibus sensibilibus per se ⁊ non per accidens. ¶ In contrariū3 arguitur. nam sicut sensibilia per accidens non apprehenduntur nisi inquantum sensibilia propria apprehenduntur: ita nec sensibilia communia: nunq̄3. n. visus apprehendit magnitudinem aut figuram nisi inquantum apprehēdit coloratum. ¶ Dicendum q aliqd dicitur per accidēs dupliciter. Uno modo vt per accēs distinguitur contra p se: ⁊ isto modo predicta sensibilia dicuntur sensibilia per accidens. Alio modo vt distinguitur p se contra per se: contra p alteru3: ⁊ isto mō non dicuntur sensibilia p se sed per accidens. ¶ Ad primam rationē dubii dicendu3 negādo assumptum: (q2 vt dicit hic doc. san.) falsum est q ista sensibilia cōia sint ppria obiecta sensus cōis. nā sensus cōmunis est quedā potētia ad quam terminantur imutationes oium sensibilium. vnde circa ipsas imutationes propriorum sensuum a suis obiectis h3 sensus cōis aliquas pprias operatiōes: quas sensus ppri habere nō possunt: percipit. n. imutationes sensuum ⁊ discernit inter eas ⁊ inter sensibilia diuersorum sensuum. ¶ Ad secunda3 dicendum negando ꝯn̄am: q2 nō dicitur sensibile per se: ex eo q non potest esse sine alio: sed ex eo dicitur sensibile p se q2 aptum natum est pcipi ratione sui ⁊ non ratione alterius. ¶ Ad rationē in contrarium negatur ꝯn̄a.

¶ Sequitur in textu. (Cuius quidem visus hoc est visibile ⁊c.) ¶ Hec est lectio decimaquarta. eiusdem libri: ⁊ in commento sancti Thome.

i **Stud** est octauū capitulū huius secundi tractatus in quo phūs determinādo de colore. lumine ⁊ dyaphano: q̄ntum ad qd̄ sit ponit duas ꝯclusiones. Quarum pma est. Color est visibilis p se: hec ꝯclusio pbatur tali rōne. Illud qd̄ h3 in se cām alicuius pdicati: tale predicatum conuenit sibi per se in scd̄o modo dicendi per se: vt p3 primo poste. sed color h3 in se cām visibilitatis: ergo sequitur q color est visibilis per se. probatio maioris: q2 oīs color est motiuus dyaphani fm actum: sed illud qd̄ mouet dyaphanū fm actum: est visibile: ergo sequitur q color fm sui naturam est visibilis. ¶ Pro huius conclusionis declaratione considerandum est fm phm̄ q dyaphanum est illud quod non h3 proprium colorē in actu. sed est susceptiuum extranei coloris. Et vocatur alio nomīe corpus transparens vel perspicuum sicut sunt aer aqua ⁊ multa corpora solida: vt sunt lapides quidam ⁊ aurum. Nec ista dyaphaneitas conuenit corporibus predictis fm propriam naturam elementoru3: sed fm quandam naturā cōmunem cū dyaphaneitas repiatur et in corporibus celestibus. ¶ Cōsiderādū est scd̄o q lumen est actus dyaphani fm q dyaphanū est. nam sicut se h3 color ad corpus terminatū: ita se h3 lumē ad dyaphanū: sed manifestum est q color est actus corporis terminati. ergo lumen

est actus dyaphani sm ꝙ huiusmodi. ¶ Cōsiderādum est tertio ꝙ lux lumen radius ⁊ splendor sic inter se differunt qr lux est qualitas primi corporis alterātis: lumen vero est qualitas a corpore lucido suscepta in alio. Et si tale lumen per rectam lineam ad corpus lucidum generatū: tūc vocat radius. Si vero causet ex reuerberatiōe radii ad corpus lucens: vocat splēdor. ¶ Cōsiderādū est quarto ꝙ aliqua sunt corpora actu lucida: quedā dyaphana: quedā opaca: qr cū lux sit qualitas primi alterātis: qd ē maxime pfectum ⁊ formale: illa corpora q̄ sunt maxime nobilia sunt lucida actu q̄ autē sunt propinqua his: sunt receptiua luminis: nō tñ sunt lucida sicut sūt corpora dyaphana: q̄ autē sunt maxime mālia nō sunt lucida actu: nec sunt susceptiua luminis sicut sunt opaca. ¶ Cōtra pdictā cōclusionē sic primo arguit. Illud qd cōuenit alicui p se est de rōne eius: sꝫ visibile nō est de rōne coloris vt dicit ph's: ergo color p se nō est visibilis. ¶ Preterea color nō est visibilis sine lumine: ergo nō est visibilis per se. ¶ Ad primū dicendum ꝙ illud qd ꝯuenit alicui per se in primo modo dicendi p se: bene est de rōne eius: nō autē illud qd conuenit alicui p se in secundo mō dicendi p se: visibile aūt conuenit colori p se in scdo mō dicēdi p se: vñ ratio nō sequit. ¶ Ad scdm dicendū ꝙ lumē nō requirit ad videndū pp colorem: sed pp medium vt infra patebit. ¶ Scda ꝯclusio lumē nō est corpus: hec ꝯclusio ꝓbat tali rōne phi. Impossibile est duo corpa simul in eodē esse: sed lumē simul est cū dyaphano: ergo si lumē esset corpus: duo corpa essent simul. ꝓbatio maioris: nā ꝯtrariorū est idem subiectū: sed lumen ⁊ tenebra sunt cōtraria sm modū quo ꝑuatio ⁊ habitus cōtrariant: sed sbm tenebre est dyaphanū: ⁊ p ꝯñs lumē erit simul cū dyaphano. ¶ Preterea si lumen esset corpus oporteret ꝙ illuminatio esset motus localis: sed illuminatio nō est motus localis cū fiat in instanti: ergo lumē nō est corpus. ¶ Pro hui' ꝯclusionis declaratione cōsiderandū ē ꝙ aliq antiq phorū dicebāt ꝙ lumē esset corpus. Alii dicebāt ipsum esse nām spūalē. alii aūt dicebāt ipsū esse euidentiā coloris: alii vero dicebant ipsum esse formā substantialē solis. Sed primū stare non pōt propter rationes pdictas. neqꝫ secundū qr si lumen esset natura spūalis: nō caderet in cōprehēsione sensus: ꝯñs est cōtra experientiam: ergo lumē nō ē nā spūalis. ⁊ quod vtimur noīe luminis in spūalibus: hoc est qr visus est spiritualior ⁊ subtilior ceteris sensibus. qd pꝫ primo ex pte obiecti qr aliqua cadunt sub visu sm ꝓprietates in quibus cōicant inferiora corpa cū supioribus: pꝫ etiā rōne immutationis: nā sensus visus est spūalior ex mō īmutationis. nā ī solo visu ē mutatio spūalis absqꝫ nāli. ¶ Pro quo notandū ꝙ īmutatio nālis vocat qñ q̄litas suscipit ī patiente sm esse nature sicut cum aliquis infrigidat. Sed īmutatio spūalis est sm ꝙ spēs recipit in organo sensus p modū intentionis ⁊ non p modū nālem. neqꝫ tertium stare pt. nam si lumē ēēt nisi euidētia coloris: sequeret ꝙ nulla essent que lucerēt de nocte: ꝯñs est falsum ⁊ cōtra experiētiā: ergo ⁊c. neqꝫ vltimū stare pt qr nulla forma sbalis ē p se sensibilis sꝫ lumē p se est sensibile: ergo ⁊c. ¶ Cōtra pdictā ꝯclusionē sic arguit. Illd cui cōpetūt ꝓprietates corpis est corpus: sed lumini cōpetūt ꝓprietates corporis: vtputa reuerberatio: ergo lumē ē corpus. ¶ Dicendum ꝙ reuerberatio nō competit lumini nisi sm quandā similitudinem: nam sicut aliqua corpora reuerberant ⁊ reuertunt ad corpus a quo exeunt: ita ēt ⁊ radii luminis reuerberant a corpe opaco ⁊ reflectuntur. Ideo similitudinarie ei ꝓprietates corporis competunt. Utrū autē lumen sit qualitas aut aliquid aliud inferius declarabit. ¶ Circa predicta dubitat vtrum lumē requirat ad videndum pp medium tantum ⁊ non propter colorem. Et arguit ꝙ non rationibus alberti tenentis istam partem. nā color potest mouere dyaphanum sine lumine: ergo sequitur ꝙ lumen requirit propter colorem ⁊ non propter medium tantum. ¶ Preterea vnius potētie debet esse vnū obiectum: si ergo lumen requireret propter mediū ⁊ non propter colorem: ipsius visus essent duo obiecta: ⁊ sic visus eēt vna potētia. ¶ Preterea qui est in obscuro videt ea que sunt in lumine ⁊ nō econuerso: ergo signū ē ꝙ lumen requirat pp colorem. ¶ Ad dubium dicendū est sm doc. san. ꝙ lumen requirit ꝓpter mediū tm̄ ⁊ non ꝓpter colorem. cuius rationē assignat: nā color ē visibilis p se vt dicit hic phs: ergo haber in se causam vt possit videri: ⁊ per cōsequēs lumen non requirit propter colorem vt videat. ¶ Ad primā rationē dubii dicendū ꝙ color sm suam propriam naturam aptus natus est mouere dyaphanū imperfecte. ¶ Pro cuius euidentia considerandum est: (vt dicit hic doc. san.) ꝙ differētia est inter virtutem pfectā ⁊ imperfectam. nam forma que est virtutis perfecte in agendo: non solū potest inducere suam similitudinem in susceptibili: sed etiam potest disponere patiens vt sit proprium eius susceptiuum: quod non potest facere si sit imperfecte virtutis cum ergo virtus coloris in agendo sit imperfecta respectu luminis: quia color nihil aliud ē q̄ lux quedam quodāmodo obscurata ex admixtione corporis opaci: ideo non haber virtutē vt faciat mediū in sua dispositione qua sit susceptiuum coloris: quod tamen potest facere lux pura. ¶ Ad secundū dicendum ꝙ vnius potētie possunt esse plura obiecta subordinata: ita ꝙ vnum sit obiectum quod ⁊ aliud sit obiectū quo. color autē dicit obiectū quod ⁊ materiale visus: lumen vero extrinsecum dicitur obiectum quo: vnde non sequitur ratio. ¶ Ad tertiam rationē patet solutio ex dictis. nam ꝙ aliquis in obscuro existens possit videre ea que sunt in lumine: hoc est quia lumen requiritur propter mediū ⁊ non propter colorē. Et si dicatur ratio formalis alicuius obiecti requiritur propter obiectum sed lumen est ratio formalis coloris: ergo ⁊c. Dicendū ꝙ duplex est lumen: videlicet lumen extrinsecum ⁊ lumen intrinsecū: quod includit in colore: lumen autem extrinsecum non est ratio formalis coloris de quo dubium procedit: vnde ratio est nulla.

¶ Sequitur in textu. (Est autem coloris susceptiuum non color ⁊c).

¶ Hic incipit lectio decimaquinta eiusdem libri: ⁊ in commento sancti Thome.

1 Stud est nonum capitulum presentis tractatus ī quo phylosoph' ostendens qualiter dyaphanum se habet ad colorem habet quinqꝫ conclusiones. Quarū prima est ꝙ dyaphanum est sine colore. hec conclusio probatur tali ratione phylosophi. nam illud quod est susceptiuum alicuius non habet illud cum nihil suscipiat quod hꝫ. sed dyaphanū est susceptiuum coloris vt ex supradictis patet: ergo dyaphanū est sine color. Ex hac cōclusione infert primo ꝙ dyaphanū sm se non est visibile: quia vnum quodqꝫ est visibile sm colorem: sed dyaphanū non hꝫ in se colorem: ergo dyaphanū sm se nō est visibile. Secundo infert ꝙ dyaphanū est actu tenebrosum qr dyaphanum est aptum natū suscipere colorē ⁊ non habet in se colorem neqꝫ lumen: ergo dyaphanū est etiam tenebrosum. ¶ Scda conclusio. Aliqua sunt visibilia que non solum videntur in lumine: sed etiam in tenebris: hec conclusio pꝫ ad sensum. nā quedam sunt animalia ⁊ alia quedam entia (quorū non est vnum nomē cōe) que vident in tenebris ignita ⁊ in nocte. lucētia: vt sunt capita quorūdam piscium ⁊ squame ⁊ oculi quorūdam aīaliū que vident de nocte: ergo aliqua sunt visibilia qua vident in tenebris. Sed considerādū est ꝙ talia visibilia vident ī lumine ⁊ ī tenebris: sed in lumine videntur vt colorata: ⁊ in tenebris vt lucētia. Cuius rō est: qr ī eorū cōpositione hñt aliqd lucis inquātū lucidū ignis ⁊ dyaphanū aeris ⁊ aque: non est in eis totaliter cōprehēsum p opacū terre. iō vident in lumine ⁊ ī tenebris. Et qr habent modicum de luce: ideo per presentiam maio

ris luminis talis lux offuscatur: ideo in lumine sine in die nō videntur vt lucentia: sed vt colorata: q2 etiā talis lux nō pōt immutare dyaphanū sicut color: iō talia videntur in tenebris vt lucētia ⁊ nō colorata. ¶ Tertia cōclusio. color nō pōt videri sine lumine hec cōclusio pbatur dupliciter. Primo rōne. Nā hoc est de rōne coloris: q̄ sit q̄d motiuū dyaphanū ƒm actū: sed non pōt mouere dyaphanū: nisi mediāte lumine: ergo color nō est visibilis sine lumine. Sc̄do probatur a signo q2 si ponatur sensibile īmediate supra visum nō ꝑcipitur a visu. nā sensibile positū supra sensum nō facit sensationē: ergo signū ē q̄ color nō pōt videri sine lumine. ¶ Quarta cōclusio. Si inter oculū videntē ⁊ rem visam esset vacuū nō fieret visio. Hec cōclusio pbatur tali rōne phi. Nā ad hoc q̄ fiat visio oꝫ q̄ organū visus patiatur a visibili: sed nō pōt pati a visibili nisi per aliqd mediū. sꝫ si esset vacuū nō esset mediū: ergo si esset vacuū nō esset visio. Ex quo pꝫ falsitas opinionis democriti q opinatus fuit q̄ si inter rem visam ⁊ oculū eēt vacuū q̄ possꝫ aliqs quācūqꝫ rem parvā videre ꝑ quācūqꝫ distantiā. ¶ Quinta cōclusio. Aliqua sunt visibilia q̄ videntur in tenebris nō solū vt lucentia: sed ēt vt colorata. ⁊ q̄ videntur in lumine non solū vt colorata: sed etiaꝫ vt lucētia: hec cōclusio probatur enī ad sensuꝫ: nam ignis hꝫ tantū de lumine q̄ pōt facere oīno dyaphanū ī actu: ergo ignis videtur vt quid coloratum. Et q2 ignis non hꝫ in debile lumen q̄ ad p̄ntiam maioris luminis obūbretur ideo videtur in lumine nō solū vt quid coloratū sed vt lucidum. ¶ Circa p̄dicta dubitatur vtrum color sit propriū obiectū visus. ⁊ videtur primo q̄ nō. Nā propriū obiectum alicuius potentie potest mouere potentiam: sed non potest mouere per se visum: cum non possit mouere visum sine lumine vt concessum est: ergo ⁊c. ¶ Preterea vel potest percipi ab aliqua potentia q̄ non continetur sub subiecto: sed visus potest percipere quod non est coloratum: vtputa tenebras ⁊ stellas. ergo ⁊c. ¶ Dicendū breuiter q̄ color est obiectum visus cōprehendēdo sub colore lumen: quod est ꝓpriū formale eius: qd̄ sic pꝫ: q2 illud est obiectū ꝑ se alicuius potentie sub cuius rōne formali cōprehenduntur oīa que apta nata sunt apprehendi a tali potentia: sed color est hmōi secūdū visum: ergo ⁊c. ¶ Ad primū dicendū q̄ lumē requiritur ꝓꝑ medium: vt supra dictū est ⁊ nō ꝓꝑ colorē. vnde ratio nō sequitur. ¶ Ad secundū dōm q̄ visus nō ꝑcipit tenebras ꝑ se: sꝫ solum per accidens: ⁊ lꝫ stelle non habeant materiale coloris: tn̄ in eis est formale. s. lumen.

¶ Sequitur in textu. (Nunc aūt primo de sono ⁊ olfatu ⁊c.) ¶ Hec est lectio decimasexta eiusdeꝫ libri: ⁊ in cōmento sancti Thome.

Stud est decimū. c. p̄sitis tractatus in quo phs determinādo de generatione soni ponit quattuor cōclusiones. Quarum prima est q̄ sonus quandoqꝫ est in actu q̄nqꝫ in potētia. H̄ conclusio pbatur tali rōne elicitur ƒm p̄hm. Illud qd̄ q̄nqꝫ est ⁊ q̄nqꝫ nō est aliquando est in actu: aliqn̄ est in potētia: sed sonus q̄nqꝫ est ⁊ q̄nqꝫ nō ē vt pꝫ de cāpana q̄ q̄nqꝫ sonat q̄nqꝫ nō: ergo sonus quandoqꝫ est in actu quandoqꝫ in potētia. ¶ Contra hāc conclusionē arguitur. Illud quod non est nō est in actu: sꝫ sonus non est: ergo sonus nō est in actu. probatio minoris: q2 qd̄ fit nō est: sed sonus solū hꝫ esse in fieri: ergo sonus non est. Preterea illud quod est sensibile in actu habet propriam speciem in re sensibili ꝑ quam actu potest ꝑcipi: sed sonus non hꝫ propriam speciem in re sonante: ergo non est actu. ¶ Pro declaratione horum considerandū est primo q̄ corpora sonantia sunt in quadruplici differentia: nam quedam sunt ƒm actum bene sonantia vt campana dum actu pulsat: quedaꝫ vero sunt bene sonantia ƒm potentiam: vtputa de campana que non actu sonat: sed tn̄ hꝫ potētiam bene sonare. Alia sunt que non sunt bene sonantia nec in actu nec in potentia: apta tamē nata esse sonantia: vt pꝫ de lana ⁊ similibus. Alia sunt q̄ nō sūt apta nata hūi sonare. nec sonare aliquo mō vt aer.

¶ Cōsiderādū ē secūdo q̄ aliqd dicitur ī actu dupliciter: vno mō in actu ꝑmanente. ⁊ isto mō color hꝫ esse ī actu. Alio mō in esse successiuo: ⁊ isto mō son⁹ hꝫ esse ī actu. ⁊ ꝑ hoc pꝫ solutio ad primū argu. q2 illa auctoritas. Illud quod fit ⁊c. hꝫ intelligi de ꝑmanentibus ⁊ nō de successiuis: ꝑmanētia. n. dū hūt nō sūt: successiua vo dū hūt sunt ⁊ dū facta sunt nō sunt. ¶ Cōsiderandū est tertio q̄ aliqd dicitur esse sensibile ī actu dupliciter. Uno modo q2 hꝫ spēm ꝑ quā sentitur extra mediū ⁊ sensum: vꝫ ī re exteriori: ⁊ isto mō color odor sapor sunt ī actu ⁊ nō son⁹. Alio mō q2 hꝫ spēm ꝑ quā actu sentitur ī medio vel organo: ⁊ isto modo son⁹ dr̄ ee ī actu: nō ē. n. aliq̄ spēs soni ī cāpana sonāte: formatur tn̄ spēs ī aere ⁊ in organo auditus: ⁊ ꝑ hoc pꝫ solutio ad scdm. ¶ Scd̄a cōclusio ē tria requiruntur ad gn̄ationē soni: vꝫ ꝑcutiēs: ꝑcussuꝫ ⁊ mediū. H̄ ꝯclusio pbatur tali rōne q̄ elicitur ex dictis phi. nā son⁹ causatur ex fractione aeris q̄ fit ex vehemēti ꝑcussione sed ī oī ꝑcussiōe requiritur ꝑcutiēs ⁊ ꝑcussum: ⁊ requiritur ēt tertio ictus ꝑcutientis q non potest fieri sine motu locali: motus vo localis non potest fieri sine medio: ergo ī gn̄atione soni requiritur ꝑcutiens ꝑcussum ⁊ mediū: vn̄ phs dicit in lr̄a q2 sonus ē semꝑ alicuius. i. ꝑcutientis ad aliqd. i. ꝑcussuꝫ ⁊ in aliquo. i. in medio. ¶ Pro huius ꝯclusionis declaratione est aduertēdū ƒm phm q̄ ad hoc q̄ p̄dicta faciant sonū: p̄sertim bonū q̄tuor cōditiones requiruntur. quarum p̄ria est: q̄ talia corpa sint dura: scd̄a ē q̄ sint leuia. tertia est q̄ sint concaua: q̄rta q̄ sint velociter mota: ita q̄ motus ꝑcutientis ꝑueniat diuisionē aeris. ¶ Cōtra predictam conclusionem sic arguitur. ⁊ primo contra suppositū. nā phs non determinat hic de gn̄atione soni coloris: ergo non habꝫ determinare hic de generatiōe. ¶ Preterea ad generationē soni requiruntur motus localis ⁊ tert⁹ vberantis: ergo non sufficiunt p̄dicta tria. ¶ Ad primuꝫ dōm negādo ꝯñam q2 non est similis ratio de sono ⁊ colore ⁊ odore ⁊ sapore: nā color odor ⁊ sapor ⁊ alie qualitates tāgibiles (vt dicit hic doc. san.) hūt esse fixum ⁊ permanēs in suo subiecto: vn̄ est alia ratio illorū sensibilium ƒm se ⁊ ƒm q̄ īmutat sensum: sed sonus cū causetur a motu non hꝫ fixum ⁊ quietum in subiecto: sed in quadā immulatione ꝯsistit. iō cū phs ī hoc libro ītendat determinare de sensibilibus ƒꝫ q̄ hūt īmutare sensum: ideo simul ⁊ semel determinat de īmutatione soni ⁊ generatione eius. ¶ Ad secundū dicendū q̄ ictus ꝑcutientis ⁊ motus localis comprehenduntur sub percutiente ⁊ ꝑcusso ꝓcomitatiue. Tertia conclusio. Aer est propriū medium soni: aqua vero minus ꝓꝑriū: hec conclusio ꝓbatur tali ratione. Illud est propriū medium soni qd̄ faciliter rarefit ⁊ condensatur: ⁊ ꝑ quod son⁹ faciliter potest diffundere suas spēs ad organū auditus: sed aer ē huius modi: ergo ⁊c. Ex hac conclusione sequitur qd̄ aer non est corpus sonans. q2 si esset corpus sonās non susciperet sonū: cuꝫ intus existens prohibeat extraneum. ¶ Contra hāc conclusionem sic arguitur. Aeris ad sonuꝫ nulla est resistentia: ergo si aer sit proprium medium sequitur q̄ sonus fiat in instanti. nam ratio quare visio fiat in instanti ē: quia aeris ad lumen nulla est resistentia: cum aer sit dispositus vltima dispositione ad susceptioneꝫ luminis. consequens est falsuꝫ. ergo ⁊c. ¶ Preterea illud quod est subiectum alicuius quantitatis sensibilis non est mediuꝫ eius: sed aer est subiectum soni: ergo aer non est mediuꝫ soni. ¶ Preterea quantitas sensibilis habet esse intentionale in suo medio: sed sonus habet esse reale in aere: cū nollibi habeat esse nisi in aere: ergo ideꝫ vt supra. ¶ Ad primum dicendum q̄ lꝫ aeris ad sonum nulla sit resistētia q2 tamen sonus non potest fieri sine motu locali: ideo non oꝫ q̄ sonus fiat in instanti: q2 contradictioneꝫ implicat motum localem esse in instanti. ¶ Ad secunduꝫ dicēdum q̄ sonus est in aere propinquo corpori sonanti subiectiue in aere vero magis distanti est tanq̄ in medio ī quo habꝫ esse intentionale. ⁊ per hoc patet solutio ad ter

tum. ¶ Quarta cõclusio in omni sonatione fit repcussio soni a corpore opposito corpi sonãti. hec cõclusio ꝓbat tali rõne. In omni illuminatiõe fit repcussio luminis: ꝗ a fortiori in oi sonatione fit repcussio soni. Sed si argua tur ꝯ hanc cõclusionē: si in oi sonatione esset repercussio soni: sequeret ꝙ in oi sonatiõe causaret sonus echo: ꝯńs est falsum: ⁊ ꝯ oēm experientiam. ꝗ ⁊c. ¶ Dicendū ꝙ in oi reuerberatione soni causat sonus echo: sed talis son⁹ nō semp est manifestus. oportet. n. ad hoc ꝙ fiat manife stus vt dicit hic doctor sanctus ꝙ repcussio soni fiat ad corpus cõcauum i quo natus ē multiplicari sonus: si āt fiat talis reuerberatio ad alia corpora que nō sunt apta nata multiplicare sonum fiet qdem sonus echo n sed nō manifestus. ¶ Pro ampliori declaratiõe huius soni echon. cõsiderādum est ſm doctorem sanctum ꝙ cū ge neratio soni sequatur motū aeris: sic ꝯtingit de immuta tione aeris apud generationē soni: sicut de immutatione aque cum aliquid in aqua proiicitur: manifestum ē autē ꝙ fiunt quedam regenerationes in circuitu aque percus se que circa locū percussiōis sunt parue ⁊ motus est for tis: vbi aūt sunt maiores regenerationes ⁊ motus debili or: tādem motus totaliter deficit ⁊ regenerationes cessāt sit autē anteq̄ motus cesset regirationes ille aliquod ob staculū inuenirent: fit motus ⁊ regiratio i contrarium: ⁊ tā to vehementius quanto propinquius fuerint prime ꝑ cussiōi: pariformiter itelligendum est ꝙ ad percussionem corporum sonātium: aer in quodam giro mouetur: ⁊ so nus diffunditur circulariter ⁊ in propinquo ille genera tiones sunt minores ⁊ motus est fortior: i remoto autē girationes sunt maiores ⁊ motus est debilior. Si autem nūq̄ deficiant huiusmodi girationes: fiat reuerberatio ad aliquod corpus ille regirationes reuertunt i cõtrariū ⁊ audit sonus: quasi ex aduerso qui dicitur echos.

¶ Sequitur in textu. (Uacuum autem recte dicimus proprium audiendi ⁊c.)

¶ Hec est lectio decimaseptima eiusdem libri: ⁊ in commento sancti Thome.

1 **Stud est** vndecimū capitulum presentis secundi tractatus in q̄ phylosophus determinans de immutatiõe auditus a sono. ponit tres cõditiones que requirūtur ad hoc quod auditus possit immutari a sono. Quarū prima est ꝙ ibi sit vnitas ⁊ cõtinuitas aeris ⁊ cõtinu⁹ mot⁹ ab aliquo corpore solido ⁊ firmo. ¶ Secūda cõditio est quod in organo sit aer itraneus iclusus i qdā pellicu la. ¶ Tertia cõditio est ꝙ talis aer sit imobilis. Et his cõditionibus eliciunt etiā impedimēta ex opposito per que impeditur talis imutatio. Primū ꝙ est quādo ille aer i organo corrumpit. Secundū est quādo illa pelli cula circundās illum aerē corrumpit vel leditur. Terti um est qñ talis aer est mobilis. ¶ Cõsiderādum est vlte rius ſm phylosophum i littera ꝙ due sunt differētie so ni: videlicet graue ⁊ acutum. Sonus. n. acutus est qui in pauco tempore multum mouet auditum. sed sonus gra uis ē qui i multo tempore paꝝ mouet auditum. Et si di catur est aliquis sonus moderatus ⁊ circūflexus: ergo ꝓ dicte differētie nō bū assignant. ¶ Dicēdum ꝙ son⁹ cir cūflexus ⁊ sonus moderatus continētur sub predictis: si cut medij colores sub extremis: qr participāt aliquid de sono acuto: ⁊ de sono graui: vt patet i musica Boetij. ¶ Si dicat vlterius sonus acutus ⁊ sonus grauis sunt species soni: ergo acutū ⁊ graue nō sūt differentie eius. ¶ Dicēdum ꝙ graue ⁊ acutum possūt accipi dupliciter. Uno modo formaliter sic sunt differentie soni. Alio mo do materialiter pro ipso sono qui est acutus vel pro illo sono qui est grauis sic sunt species soni. ¶ Cõsiderādū vlterius ꝙ acutū ⁊ graue nō sunt idem ꝙ tardum ⁊ velox qr sonus nō est idem qđ motus: ergo differētie soni nō sunt eedem cum differētijs motus: sed acutum ⁊ graue sunt differētie soni; vt ex dictis patet: ⁊ tardum ⁊ velox sunt differentie motūs. ergo ⁊c. Uerūtamen qr son⁹ cau satur a motu: ideo acutum ⁊ graue in sono causantur a velocitate ⁊ tarditate motus. ¶ Circa predicta dubitat primo vtrum tam percutiēs q̄ percussum sint causa ac tiua soni: ⁊ videtur ꝙ nō. ¶ Nam illud quod est causa actiua nō est causa passiua respectu eiusdem: sed corpus percussum est causa passiua: ergo nō videtur ꝙ sit cā ac tiua soni. ¶ In contrarium arguitur per phūm in litte ra. ¶ Dicendum ꝙ tam percutiens q̄ percussum est cau sa actiua soni: cuius rō phylosophi est. qr sonus genera tur ex fractione aeris: sed corpus percutiens est cā acti ua huius fractiõis. ergo corpus ꝑcutiens concurrit acti ue ad generationem soni. Et quia ad talem fractionē ae ris requiritur ꝙ corpus percussum sit durum ⁊ firmum: ideo facit illum aerem resilire: ad quam resilitionem cor pus percussum concurrit actiue: ideo corpus percussum actiue ad generationem soni concurrit. ¶ Ad rationē in bij dicendum ꝙ licet corpus percussum passiue concur rat ad fractionem aeris: actiue tamen concurrit ad pre dictā resilitionem que ad generationem soni concurrit. ¶ Dubitatur secundo vtrum sonus sit proprium obie ctum auditus ⁊ videtur ꝙ non. ¶ Nam nullum sensibi le cõe est proprium obiectum alicuius sensus: sed sonus est sensibile cõe. ergo ⁊c. Probatio maioris. qr motus est sensibile cõe: sed sonus nō est nisi quidam motus ae ris (vt hic concedit phylosophus) ergo sonus est sensi bile cõe. ¶ Preterea illud quod immutat auditum est obiectum auditus: sed corpus percutiens siue sonans im mutat auditum: ergo corpus percutiens siue sonans est obiectum auditus: ⁊ per consequens non sonus. cum ta men vnius potentie sit vnum obiectum. ¶ Dicendum ꝙ sonus est proprium ⁊ per se obiectum auditus: quod sic patet: nam illud est proprium ⁊ per se obiectum alicu ius potentie sub cuius racõe formali omnia sensitiua illi us potentie apprehenduntur ab illa potentia: sed sonus est huiusmodi. ergo ⁊c. ¶ Ad primam rationē dubij di cendum ꝙ sonus nō est motus essentialiter sed effectiue solum: quia causatur a motu ⁊ consequitur ipsum. ¶ Ad secundum dicendum ꝙ corpus sonans immutat per ac cidens auditum ⁊ non per se: vnde rō nulla.

¶ Sequitur in textu. (Uox autem est sonus quidam ani mati ⁊c.)

¶ Hic incipit lectio decimaoctaua eiusdem libri: ⁊ i cõ mento sancti Thome.

1 **Stud est** duodecimū capitulum predi cti tractatus i quo phylosoph⁹ determinando de quadā specie soni: videlicet de voce: ponit vnam conclusionem: videlicet ꝙ vox est repcussio aeris respirati ab una ſm imaginatio nem que est in his partib⁹ ad arteriam vocalē. Hec ꝯclu sio ꝓbatur quātū ad singulas partes: ⁊ primo ꝙ vox sit reuerberatio aeris. ¶ Nā ois sonus est reuerberatio ae ris. i. ex reuerberatiōe aeris causatur: sed ois vox est so nus: ergo ois vox est ex reuerberatiōe aeris. Qđ āt vox sit reuerberatio aeris respirati: ꝓbat phūs duob⁹ signis quorū primum est. ¶ Nam non potest formare vocem nisi aspirādo vel respirādo nisi retineat aerem: ergo si gnum est ꝙ vox est reuerberatio aeris respirati. ¶ Se cundum signū est. qr animalia nō respirātia nō possunt formare vocem. ergo ⁊c. Quod aūt vox sit reuerberatio aeris respirati ab aia ad arteriā vocalē patet. Naꝫ sicut in sono ita in voce reperit corpus percussum: sed voca lis arteria videtur corpus percussum in generatione vo cis. ergo ⁊c. Ex hac conclusione infertur ꝙ inanimata nō possunt formare vocem. ¶ Infertur secundo ꝙ aialia nō respirātia nō possūt formare vocem. ⁊ per ꝯńs pisces nō possunt formare vocem. ¶ Infertur tertio ꝙ aialia carē tia sanguine non possunt etiam formare vocem. ¶ Con siderādū est ſm phylosophū i littera. Primo ꝙ aer respi rat⁹ ē mediū vocis: cui⁹ respirationis organū est vocalis

arteria que est quedā vena procedēs a pulmone ad guttur. ¶ Contra predictā conclusionē sic arguitur breuiter. ¶ Reuerberatio est quedā motus: sed vox non est motus: ergo vox nō est reuerberatio aeris. ¶ Preterea si vox esset reuerberatio aeris ab aīa: sequeretur ꝙ instrumenta musicalia nō formarēt vocē: cōns est falsū: ⁊ contra cōem modum loquēdi. ergo ⁊c. ¶ Preterea respiratio est nālis aīalium: ergo si vox esset reuerberatio aeris respirati sequeretur ꝙ quelibet vox esset nālis significatiua naturaliter. ¶ Ad primū dicendum ꝙ cū dr̄ vox est reuerberatio aeris est pdicatio cāsalis ⁊ nō essentialis. ¶ Ad 2m dicendū ꝙ instrumenta musicalia ⁊ alia inaīata dicuntur formare vocē similitudinarie: tū primo ppter cōtinuitatem soni. tum scdo ppter consonantiā. tū tertio ppter interemptionē: nō tn̄ dicuntur formare vocē pprie. ¶ Ad 3m dicendū ꝙ lz formare vocē in cōi sit nāle aīali cōditionibus pdictis reseruatis: tn̄ formare hanc vel illā vocē nō est nāle aīali: vn̄ nō oz ꝙ qlibet vox sit nālis aīali. ¶ Sequitur in textu. (De odore autē ⁊ olfatu minus bn̄ determinabile ⁊c. (¶ Hec est lectio decimanona eiusdem libri: ⁊ in commento sancti Thome.

i Stud est .13.ca.huius tractatus in quo phūs determināns de obō olfatus .s. de odore ponit duas conclusiones. quarum prima est ꝙ nos hēmus peiorē olfatū ceteris aīalibus. hec conclusio pbatur tali rōne phī. nam instrm̄ sensus dz eē pportionatū sensibili suo sed sensibile olfatus .s. odor causatur ex calido ⁊ sicco: ergo instrm̄ siue organū olfatus dz esse cōpositū ex talibus .s. ex calido ⁊ sicco: sed cerebrū nostrū i quo consistit instrm̄ olfatus parū hz de calido ⁊ sicco: ⁊ supabundat i humido ⁊ frigido: cū inter cetera aīalia hēamus maius cerebrū: ergo iter cetera aīalia p maiori parte hēmus peiorē olfatū. Ex quo infertur sm̄ phūm ꝙ difficile ē determinare de odorabili ⁊ spēbus eius. Et arguitur. hō est pfectissimum aīalium: ergo hz pfectissimas operationes: ⁊ p cōns perfectissima instrā. ¶ Dicendum ꝙ licet homo absolute ⁊ simplr̄ loquēdo sit pfectissimum aīalium: nō tn̄ est incōueniens ꝙ aliqd aīal sit pfectius hoīe quātum ad aliquid sicut quātum ad fortitudinem leo precellit ⁊ linx quantum ad visum sic de alijs. ¶ Secunda cōclusio est ꝙ species ⁊ differentie odoris nobis ignote sunt: sed fiunt nobis note per comparatiōem ad differētias saporis. Hec cōclusio probatur tali ratione. Quādocūqz aliqua duo hnt proportionem adinuicem: ⁊ vnum est notius altero: illud quod est minus notū hz cognosci ⁊ notificari per illud quod est notius. Sz species odoris ⁊ saporis proportionem habent adinuicem (cum olfatus proportionē habeat ad gustum) ⁊ species saporis sint nobis magis manifeste: ergo relinquitur ꝙ species odoris nobis inotescant per species saporis. Qd̄ autem species saporis sint nobis magis manifeste: patet. qz nos habemus gustum certiorem ceteris animalibus. quia gustus est quidam tactus: tactum autem habemus ceteris animalibus perfectiorē: ergo species odoris sumuntur a speciebus saporis. Ex quo sequitur ꝙ homo est prudentissimū aīal: qz ex sensu tactus accipimus ꝙ aliqui sint ingeniosi vel non ingeniosi: nō autem scdz alium sensum: vnde illi qui sunt duri carne: carent ingenio bono ⁊ sunt inepti ad scientias. Illi vero qui sūt molles carne ingeniosi sunt ⁊ apti mente ad sciētias ⁊ ad virtutes. Quod aūt illi qui habent bonum tactum habeāt pfe bonitatem mentis: patet dupliciter: tum primo: quia tactus est fundamentum aliorum sensuum. tum 2o quia bonitas tactus sequitur bonitatē cōplexiōis. ¶ Et si arguitur sensus visus spiritualior est ⁊ plures rerum differentias demonstrat vt patuit in prohemio huius: ergo sensus visus magis denotat bonitatem mentis ⁊ ingenij q̄ sensus tactus. ¶ Preterea si homo haberet certissimum tactum inter cetera animalia: sequeretur ꝙ species odoris deberent sumi a qualitatibus tangibilibus ⁊ nō a speciebus saporis. consequens est contra phūm hic. ergo ⁊c. ¶ Preterea vulgo dicitur ꝙ aranea precellit hominem tactu: vt patet per quendam metristā qui sic ait. Vultur odoratu: linx visu: simia gustu. Nos aper auditu: precellit aranea tactu. Ergo sequitur ꝙ hō ceteris aialibus non habeat certissimum tactum. ¶ Ad primum dicendum ꝙ visus per accidens potest concurrere ad bonitatem ⁊ nobilitatem mentis: per se tamen sensus tactus valet ad probationem nobilitatis ipsius mentis. ¶ Ad secundum dicēdum ꝙ sapor ⁊ odor causant per commixtionem aliquarum primarum qualitatū sensibilium. Qualitates vero tangibiles sunt simplices ⁊ nō commixte: vt hic dicit doc. sanctus. ideo species odoris magis sumuntur a speciebus saporis q̄ a qualitatibus tangibilibus. ¶ Ad tertium dicendum negando assumptum: quia predicta metra de directo repugnant dictis phylosophi ⁊ veritati. ¶ Pro maiori declaratiōe considerandum est sm̄ phūm in littera ꝙ species odoris siue differentie sunt dulce ⁊ amarum: que quidem in vno et eodem aliquando conueniunt cum differentijs saporis ⁊ aliquando differunt. Nam aliquando cōtingit ꝙ vbi est odor dulcis: ibi est sapor dulcis: ⁊ vbi est odor amarus: ibi est sapor amarus. Aliquando vero contingit ꝙ vbi est odor dulcis: ibi est sapor amarus. ⁊ vbi est sapor dulcis: ibi est odor amarus. Cuius rō est. quia odor consistit in calido ⁊ sicco temperato: sapor vero consistit in humido aqueo ōbiete digesto. vbi ergo illa duo simul reperiuntur: ibi reperitur odor eiusdem qualitatis cum sapore. si vero reperiatur vnum ⁊ non reliquū: ibi erit differentia in qualitate vtriusqz. ¶ Circa predicta dubitatur vtrum odor sit proprium obiectum olfatus: ⁊ arguitur ꝙ non: qz illud est proprium obiectum quod est adequatū alicui potentie: sed odor non est obiectum adequatū olfatui. ergo ⁊c. Probatio maioris: quia non odorabilia possunt percipi ab olfatu. vt concedit hic phylosophus. ¶ Preterea odor est perceptibilis a gustu: ergo nō est proprium obiectum olfatus. ¶ Ad dubium dicendū ꝙ odor ē proprium ⁊ adequatum obiectum olfatus: quod probatur illa ratione qua probatum est superius de colore respectu visus: ⁊ de sono respectu auditus. ¶ Ad primam rationem dubij dicendum ꝙ non odorabilia percipiuntur ab olfatu non per se sed per accidens. ⁊ similiter dicendum est ad secundum.

¶ Sequitur in textu. (Est aūt ⁊ olfatus per medium vt aerem ⁊ aquam ⁊c.) Hec est lectio vigesima eiusdem libri: ⁊ in commento sancti Thome.

i Stud est decimūquartum capitulū huius tractatus: in quo phylosophus determinans de immutatione olfatus ab odore ponit tres cōclusiones. Quarum prima est ꝙ aer ⁊ aqua sunt medium odoris. aūs patet per sensum. Nam vultures per magnum spacium veniunt ad cadauera mortuorū: quod non facerent nisi species odoris diffunderentur per aerem: ⁊ aqualica: vt pisces odores sentiunt vt patet ad sensum. ¶ Secunda conclusio ē. Idem sensus olfatus scdm̄ speciem est in omnibus animalibus tam rationalibus q̄ irrationalibus. hec cōclusio probatur duabus rationibus phī: quarum prima est. Nam sensus distinguuntur penes sensibilia: sed olfatus in omnibus animalibus ordinantur ad idem sensibile: videlicet ad odorem. ergo ⁊c. ¶ Preterea ille sensus ē vnus: cuius sunt eadem corruptiua: sed tam olfatus hominis q̄ aliorum animalium corrumpuntur propter excellentiā odoris. ergo idem vt supra. ¶ Contra hanc cōclusionem arguitur tali ratione phylosophi. Aliqua sunt animalia que odorant respirando: aliqua vero odorant non respirando: ergo videtur ꝙ non est idem olfatus in omnibus animalibus. ¶ Dicendum ꝙ est idem olfatus sm̄ essentiam: sed est diuersus modus odorandi qui puenit ex diuersa dispōne organi. Nam organū olfatus i homine differt ab organis aliorū aīalium. nam organum

odoratus in homine est cū cooperculo: i aliis vero aīalibus non respirantibus est sine cooperculo. ¶ Ex quo infert phs ꝙ respirantia non odorant in aquis. ¶ Tertia conclusio est: oportet organum olfatus esse in potentia ad odorē ⁊ siccitatē. Cuius ratio est: quia sicut se habet organum visus ad colorē ⁊ lumē: ita se habet organū olfatus ad odorē ⁊ siccitatē: cum odor fundetur in sicco sic sapor in humido: sed organū visus est in potentia ad colorem ⁊ lumen: ergo organum olfatus debet eē in potentia ad odorem ⁊ siccuz. ¶ Circa predicta dubitatur vtrꝫ odor transfundat suas species in aere realiter vel intentionaliter. Et videtur ꝙ realiter. Nam poma odorem emittētia desiccātur: quod non fieret: nisi esset realis euaporatio: ergo odor realiter transfundit̄ ī medio. ¶ Preterea in omni euaporatione est fumalis euaporatio: sed fumus habet eē reale in medio: ergo idē vt in pria. ¶ Preterea bestie silvestres dū volunt quiescere in aliquo loco faciunt magnū saltum ne canes ipsas ꝑcipiant per odorē: sed hoc nō esset nisi odor realiter esset in medio. ergo ⁊c. ¶ Dicendū ꝙ odor transfunditur realiter in medio q̄ntum ad aliquam partem: non tamen quantum ad totum medium. prima pars illius patet per argumenta iā facta. Secūda pars probatur: quia fertur ꝙ volucres per quingenta milliaria ⁊ amplius ad cadauera mortuorum veniunt propter odorem: sed impossibile est ꝙ talis odor per tantum spacium possit diffundi realiter cum vniuscuiusqꝫ rei sit determinatus terminus rarefactiōis vel euaporatiōis. ¶ Ad argumēta oia dubij pꝫ solutio ex dictis. ¶ Sequitur in textu. (Gustabile autem ⁊c.) Hec est lectio vigesimaprima eiusdem libri: ⁊ in cōmento sancti Thome.

Istud est decimūquintum capitulū presentis tractatus in quo phs determinans de gustu ponit quattuor ꝯclusiones. Quarū prima est ꝙ gustus percipit suū obiectum. s. saporem per medium intraneū. hec cōclusio ꝓbatur tali rōne. ¶ Nā tactus percipit suū obiectū ꝑ medium intraneum: sed gustus est quidā tactus ⁊ gustabile est quoddam tangibile: ergo sequit̄ ꝙ gustus ꝑcipit suū obiectum per mediū intraneū. ¶ Pro cuius declaratione considerandū est ſm doctorē sanctū ꝙ duplex est medium sensus. Quoddam est medium intraneū quod dicit̄ pars animalis de ꝯstitutione eius existens: vtputa caro. Aliud est medium extraneum: quod. s. non est pars aīalis: vtputa aer vel aqua. gustus enim ⁊ tactus percipiūt sua obiecta per medium intraneū. Alij vero sensus ꝑ medium extraneum: vt ex supradictis patet. ¶ Contra predicta sic primo arguitur. ¶ Si gustus esset quidā tactus sequeret̄ ꝙ non essent nisi quattuor sensus exteriores: cōsequens est ꝯtra omnē doctrinā phoꝝ. ergo ⁊c. ¶ Preterea aliquis in aqua existens percipit saporem alicuius corporis distantis: ergo videtur ꝙ gustus non semper ꝑcipiat suū obiectū per medium intraneum. ¶ Ad primū dicendū ꝙ gustū esse tactum potest intelligi dupliciter. Uno modo quantum ad essentiam sensuū. Alio modo quantum ad modum sentiendi: gustus enim dicitur tactus. secundo modo non autem primo modo: quod pꝫ in ratione doctoris sancti. Nam ita se habet gustus ad tactum: sicut se habet obiectum gustus scꝫ sapor: ad obiectū tactus. s. ad quatuor qualitates tangibiles. sed manifestū est ꝙ sapor nō est essentialiter qualitas aliqua de qualitatibus tangibilibus: ergo essentialiter gustus nō est qdam tactus. ¶ Ad scḋm dñdum ꝙ aliquis exñs in aqua non percipit saporē corporis distātis: vt distans est ſm qd dic̄ hic doctor sanctus. sed percipit saporem corporis distās ſm ꝙ admixtum est cum aqua. ¶ Secūda conclusio gustabile non potest percipi a gustu sine humiditate. hec cōclusio ꝓbatur tali rōne. ¶ Sicut se habet color ad lumē per respectum ad visum: ita se habet sapor ad humiduz per respectum ad gustum: sed color non potest ꝑcipi a visu sine lumine: ergo sapor nō pōt percipi a gustu sine humiditate. Ex quo infert ꝙ gustabile dꝫ esse, vel actu humidū vel aptū natū humiditatē suscipere. ¶ Tertia conclusio. gustus nō solum ꝑcipit gustabile: sed ēt non gustabile: ꝫ conclusio ꝓbatur tali rōne. ¶ Nam sicut se habet visus ad visibile ⁊ non visibile: ita se habet gustus ad gustabile ⁊ non gustabile: sed manifestū est ꝙ visus nō solū ꝑcipit visibile sed ēt nō visibile: vtpote tenebras. ergo ⁊c. ¶ Pro cuius declaratione ꝯsiderandū est ſm doctorem sanctuz ꝙ aliqd dicit̄ gustabile tripliciter. Uno mō illud dr̄ gustabile qd hꝫ bonū gustū. Secundo mō dicit̄ gustabile qd hꝫ paruū gustū. Tertio mō dicit̄ gustabile qd hꝫ prauum gustum. Et ꝑ oppositum aliquid dicitur nō gustabile tripliciter. Uno modo ꝙ nō est aptum natū aliquomodo imutare gustū. Alio mō dicitur non gustabile ꝙ nō pōt imutare gustū ſꝫ praue. Tertio mō dicit̄ nō gustabile qd nō pōt imutare gustū cū magna quantitate ſꝫ enim bn̄ posset imutare cū medica. ¶ Cōsiderandū est secūdo ꝙ gustū ꝑcipere nō gustabile pōt intelligi dupl'r. Uno mō per se ⁊ positiue. Alio mō ꝑ accn̄s ⁊ ꝑuatiue. Primo mō gustus nō pōt ꝑcipere nō gustabile: ſꝫ bn̄ sc̄o mō. ¶ Quarta cōclusio. instrm̄ siue organū gustus nō est humidū actu ſm seipsum nec est tale ꝙ nō posset fieri humidū. ꝫ pclō ꝓbat̄ tali rōne. ¶ Nā sicut se hꝫ organū visus ad lumen: ita se hꝫ organū gustus ad humidū: sed organū visus nō hꝫ ī se lumē inquantū b'r: nec ē susceptiuū coloris. ergo ⁊c. Idē pꝫ a signo. Nā lingua exñs sicca aut valde humida nō pōt sentire: ergo signū est ꝙ organū gustus qd ē in lingua nō ē actu humidū. Circa ꝑdicta primo dubitatur de spēbus saporis. Dō ꝙ septem species saporis supius enumerāt̄ q̄ ꝯiunctur in his vsib'.

Dulcis ⁊ austerus salsus quoqꝫ pinguis amarus. Ponticus acutus species sunt iste saporis. Quaꝝ specieꝝ sic ꝑt formari sufficiētia. ¶ Nā tales species aut rōnem habēt extremoꝝ aut rōnē medii. Si primū sic sūt dulce ⁊ amaꝝ. Si secundū hoc est dupliciter: vel hñt rōnē medij per participationē vel per equidistātiam. si secundū: sic ē acutū. si primū ⁊ hoc est dupliciter. vel tale mediū mediat inter dulce ⁊ acutū: vel inter amarum ⁊ acutū. si primū hoc est dupliciter: vel magis accedit ad dulce: sic est pingue vel magis accedit ad acutum: sic est austeꝝ: si secundū ꝫ est dupliciter: vl magis ēt accedit ad acutū sic est salsum: vel magis accedit ad amaꝝ sic est ponticū: de quibus in libro de sensu ⁊ sensato latius disputatuz est. ¶ Dubitatur scḋo vtꝝ sapor sit ꝓpriū obiectū gustus ⁊ videt̄ ꝙ nō. ¶ Nā illud qd ē inferius ad obiectū alicuius potētie: nō pōt eē obiectū alterius potētie: ſꝫ sapor ē qdā inferius obiecti ipsius tactus cū oē gustabile sit tāgibile ⁊ nō ecōuerso: ergo videt̄ ꝙ sapor nō sit obiectū ipsius gustus. ¶ Preterea obiectū ꝑ se ⁊ propriū alicuius potētie nō ꝑcipit̄ ab alia potētia: cū sensibile ꝓpriū dicat̄ illud qd ab vno sensu aptū natū ē ꝑcipi: sed sapor ꝑcipit̄ a tactu: ergo ⁊c. ¶ Preterea illud qd gustū imutat ē obiectum eius: sed humor salialis imutat gustū. ergo ē obiectum eius ⁊ non sapor. ¶ Dicendū ꝙ sapor formaliter sūpt': videlicet inq̄tū sapor ē per se ⁊ ꝓpriū obiectū ipsius gustus: qd posset ꝓbari eadē rōne qua ꝓbatū ē supra de obiecto visus. ¶ Ad primū dicēdū ꝙ sapor nō cōtinetur sub quattuor qualitatibus tangibilibus sicut inferius sub suo superiori: nec ēt gustus ꝯiunctur sub tactu: sicut inferius sub suo superiori essentialiter loquendo: ſꝫ solum q̄tum ad modum sentiendi vt supra dictum est. ¶ Ad secundum dicendum ꝙ sapor per se ⁊ formaliter non percipitur a tactu: sed solum inquantum causatur a qualitatibus tangibilibus. ¶ Ad vltimum dicendum ꝙ humidum salivale instrumentaliter ꝯcurrit ad gustū non obiectiue. vnde ratio nō sequitur ⁊c.

¶ Seqt̄ i textu. (De eo āt ⁊c.) Hic incipit lectio vigesimaseḋa eiusdem libri: ⁊ in ꝯmēto sancti Thome.

Istud est. 16. cap. presentis tractatus ī quo phs determinādo de sensu tactus ⁊ de tāgibili: ponit duas cōclusiones per quas

tus ab ipsa anima: sed est aliquid ipsius anime quod patet tali ratione doctoris sancti in presenti lectione. Nam in omni quod est constitutũ a natura sunt principia sufficientia ad cõpletionem proprie operationis: sed intelligere est propria operatio hoĩs: (intelligere dico ꝑ phãtasmata.) ergo i homine sunt principia requisita ad talez intellectionem. sed homo non potest intelligere nisi per virtutẽ intellectus agentis: cuius est illuminare phantasmata ⁊ ab eis speciem intelligibilẽ abstrahere: ergo intellectus agẽs est aliqd in aĩa existẽs. ¶ Preterea si intellectus agens nõ esset in homine existens: sequeretur ꝙ homo non intelligeret per intellectum agentẽ cum nihil operetur nisi per aliquid in eo formaliter existens: consequens est falsum: ergo ⁊c. ¶ Ad primũ dicẽdũ ꝙ vniuersaliter illuminare oẽm creaturã pertinet ad primam cãm: sed illuminare phãtasmata pertinet ad intellectum agentem tanꝗ̃ ad causam particularem. ¶ Ad secundũ dicendum ad rõnem illam ꝙ phylosophus semper esse in actu non attribuit intellectui agenti. sed intellectui in actu vt supra dictum est. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ intellectus agens dicitur separabilis esse non ſm esse a materia sed ſm operationẽ: ⁊ ideo non indiget organo corporali. ¶ Dubitatur tertio vtruz intellectus agens sit perpetuus ⁊ incorruptibilis: ⁊ videtur ꝙ non: qr illud qđ habet principiũ non est perpetuũ: sed intellectus agẽs habet principium: ergo nõ est perpetuus. ¶ Preterea illud qđ est ex nihilo est vertibile in nihil: sed intellectus est ex nihilo: ergo est vertibilis in nihil: ⁊ per ꝯñs non erit perpetuus. ¶ Preterea nihil ẽ sine sua ꝓpria operatione: sed intellectus nõ potest intelligere post corruptionẽ totius cõiuncti (cuz propria eius operatio)sit intelligere per phãtasmata: ergo ⁊c. ¶ Ad primum dicẽdũ ꝙ aliquid dicitur perpetuũ: Uno modo proprie pro eo quod caret principio ⁊ fine quid dicitur perpetuum a parte ante ⁊ a parte post. ⁊ isto modo intellectus nõ dicitur perpetuus. Alio mõ accipitur perpetuum pro eo qđ caret fine: qđ dicitur ꝑpetuum a parte post. ⁊ isto modo intellectus dicitur perpetuus. ¶ Ad secũdum dicendum ꝙ intellectus bene est vertibilis in nihil per potentiam creantis: non autẽ per aliquã potentiã in eo existentem. vnde non est corruptibilis: sed bene est annihilabilis. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ intelligere ꝑ phãtasmata ẽ ꝓpria operatio intellectus coniuncti: ſm ꝙ huiusmodi. non autem ipsius intellectus absolute ꝯsiderati: vnde rõ nulla. ¶ Dubitatur ꝗrto vtrum intellectus agẽs sit vnus in oĩbus hoĩbus. ⁊ videtur ꝙ sic. nã intellectus agẽs ẽ immaterialis: ergo nõ multiplicatur ad multiplicationez singulariũ siue suppositoꝝ materialiũ. ⁊ sic erit vnus in oĩbus. ¶ Preterea si essent tot intellectus agentes quot sunt hoĩes: sequeretur ꝙ iã essent infiniti intellectus actu stãtes (ſm pħm)perpetuitate mũdi: ꝯñs est impossibile: ergo ⁊c. ¶ Dicendum ꝙ nõ est vnus intellectus agens in omnibus hominibus secundum numerũ: lz sit vnus secundum speciem: quod sic patet. quia ad multiplicationem subiectorum sequitur multiplicatio accidentiũ. Sz intellectus agens est accidens: quod est subiectiue in anima. ergo ad multiplicationem animarum sequitur multiplicatio intellectus agentis. Sed manifestũ est quod nõ est vna anima numero in omnibus hominibus: ergo in eis non est vnus intellectus agens. ¶ Ad primũ dicendum quod intellectus agens dicitur immaterialis: qr non est ex materia cõpositus: dicitur tamen materialis: quia ẽ in materia. s. in essentia anime subiectiue. vnde habet materiã in qua: lz non habet materiam ex qua. ¶ Ad secundum dicendũ quod etiã stante perpetuitate mundi non sequitur qđ essent infinite anime in actu: ⁊ per consequẽs sequitur quod non essent infiniti intellectus agentes. ¶ Et si dicatur quod in qualibet circulatione deus creasset vnã animam: sequitur (quod cum fuissent infinite circulatiões stante perpetuitate mundi:)quod essent anime infinite actu. ¶ Dicendum negando suppositum: qr in infinito non est dabile vnum: idest non assignabilis quelibet go- vnde falsum supponitur cum dicitur in qualibet circulatione deus creasset animam.

¶ Sequitur in textu. (Indiuisibilium quidem igitur ⁊c.) Hec est lectio vndecima eiusdem libri: ⁊ in commento sancti Thome.

Istud est quintum capitulum: in quo phylosophus determinando de operationibus intellectus possibilis ponit duas conclusiones. Quarum prima est. Tantum sunt due operationes intellectus: videlicet indiuisibilium: idest terminorũ incõplexoruz intelligentia ⁊ cõpositio ⁊ diuisio eorũdem. Hec conclusio probatur tali ratione. ¶ Nam in omni operatione intellectus: aut est veritas: aut falsitas aut non. Si secundũ: sic est prima operatio. Si primum: sic est secunda. ¶ Contra predictam cõclusionem: sic arguitur primo. ¶ Nã rõ ⁊ intellectus sunt idem: sed indiuisibilium intelligentia nõ attribuitur rõni. cũ proprium rõni est discurrere: ergo non debz attribui intellectui. ¶ Preterea discurrere a notis ad ignota: est operatio intellectus: ⁊ tamen non est aliqua predictarũ: ergo non sunt tantũ due operatiões intellectus. ¶ Preterea cõpositio ⁊ diuisio non est nisi respectu multorum: sed intellectus non potest multa intelligere simul: ergo cõpositio non est operatio intellectus. ¶ Preterea intellectio fit per assimulationem rei intellecte ad intellectũ: sed in re extra animã non est compositio realis que ꝑ cõpositionem significetur: cum ibi non sit predicatum vel subiectum: ergo ⁊c. ¶ Ad primum dicendum quod lz rõ ⁊ intellectus sint idem secundum rem: differunt tamen secundum rõnem: vnde indiuisibilium intelligentia non attribuitur rõni proprie loquendo: attribuitur tamen intellectui. ¶ Ad secundum dicenduz quod discurrere ab vno in aliud continetur sub secunda operatione intellectus videlicet sub compositione ⁊ diuisione. ¶ Ad secundum dicendum quod lz intellectus non possit multa intelligere simul per modum multorum: potest tamen bene per modum vnius inquantum illa multa in aliquo conueniunt. ¶ Ad quartum dicendum quod lz compositio intellectus non fit in re extra animã secundum substantiã: est tamen in re extra animam secundum correspondentiam. Nam in rebus est compositio que correspondet cõpositioni intellectus. ¶ Pro cuius declaratione considerandum est quoniam in rebus inuenitur duplex compositio forme cum materia ⁊ talis correspondet compositioni intellectus cum intellectus componit superius cũ inferiori. Alia est compositio accidentis cum substantia: ⁊ talis correspondet compositioni intellectus: quia intellectus componit accidens cum sbo. ¶ Secunda cõclusio. Solum in secunda operatione intellectus est veritas vel falsitas. Hec conclusio probatur tali ratione. ¶ Naz veritas ⁊ falsitas consistunt in compositione vnius ad altecũ: sed talis operatio non est nisi secundũ cõpositionem vel diuisionez: ergo in cõpositione vel diuisione intellectus est veritas aut falsitas. ¶ Ex hac conclusione infert phylosophus quod lz in his que apprehenduntur per primã operationem intellectus non sit veritas vel falsitas: tamẽ intellectus circa talia intelligibilia diuisibilia semper est verus. Cuius rõ est. nam sicut sensus non decipitur circa proprium sensibile: ita intellectus non decipitur circa quod quid est intelligibile. ergo intellectus semper ẽ verus. ¶ Contra hoc correlarium sic arguitur. ¶ Nam sensus circa proprium sensibile potest decipi vt pz in collo columbe. ergo intellectus circa quod quid est potest decipi. ¶ Preterea opinio ⁊ rõcinatio attribuuntur intellectui ⁊ in vtroqz potest esse veritas ⁊ falsitas: ergo intellectus non semper est verus. ¶ Ad primum dicendũ qđ sensus non decipitur circa propriuz sensibile per se: sed bene per accidens inquantum iudicat de his que sunt adiũcta proprio obiecto. Ita intellectus potest decipi diuersimode circa quod quid est per accidens rõne composi-

tionis ⁊ diuisionis. Et h duplicter. Uno mō attribuēdo diffinitiōem sine quod quid est vnius alteri. Secūdo modo ponēdo aliquas partes i diffinitiōe que potest icompossibiles adinuicem ⁊ tūc diffinitio est falsa simpliciter. Exemplum primi vt diffinitio circuli attribuatur triangulo esset falsa diffinitio. Exemplum secūdi: vt si aliquis ponat in diffinitione alicuius isensibile. In illis vero in quorum diffinitione nulla est compositio nō cōtingit esse deceptionem: sed oportet illa vel itelligere vere vel nullo modo: vt dicitur nono methaphysice. ¶ Ad secundum dicendum quod ratiocinatio ⁊ opinio attribuuntur itellectui quātum ad secūdam eius operatiōem in qua bene est veritas aut falsitas: non autem quantum ad primam eius operationem. ¶ Circa predicta dubitatur vtrum indiuisibile sit prius intelligibile a nobis q̄ diuisibile. Et videtur ꝙ sic. quia ex cognitione principiorum ⁊ elementorum deuenimus i cognitionem principiatorum: vt patet i primo physicorum: sed indiuisibile est principium ⁊ elementum diuisibilis: sicut vnum est principium numeri: ⁊ punctus est principium linee. ergo sequitur quod indiuisibile prius cognoscatur a nobis quam diuisibile. In contrarium arguitur: quia habitus prius cognoscitur a nobis quam priuatio: sed indiuisibile dicit priuationem: diuisibile autem habitum. ergo ⁊c. ¶ Dicendum secundum phylosophum in littera quod tripliciter aliquid dicitur indiuisibile. ¶ Nam aliquid dicitur indiuisibile secundum actum: quod tamen est diuisibile i potentia sicut continuum vt puta linea dicitur indiuisibilis secundum actum: tamen est diuisibilis secundum potentiam. ¶ Secundo modo aliquid dicitur indiuisibile secundum speciem ⁊ istis duobus modis indiuisibile cognoscitur prius a nobis quam diuisibile. Tum primo q: cognitio cōfusa ⁊ ideterminata precedit cognitionem determinatam. Tum secundo: q: prima operatio itellectus precedit secūdam. Tertio modo dicitur idiuisibile taz secūdum actum quam secūdum potentiam: sicut punctus dicitur indiuisibilis: ⁊ isto modo idiuisibile nō prius cognoscitur a nobis quam diuisibile vt voluit ratio i cōtrarium adducta. ¶ Ad argumentum dubij dicendum qd i acquisitione scientie n̄ semper prius cognoscimus principia sed aliqn̄ ex cognitione effectuum deuenimus i cognitione causarum ⁊ principiorum: licet in complemento scientie procedamus a principijs ad effectum.

¶ Sequitur in textu. (Uidetur autem sensibile ⁊c.)

¶ Hec est lectio duodecima huius tertij libri: ⁊ i cōmēto sancti Thome.

¶ Istud sextum ⁊ vltimuz capitulū tertij tractatus hui⁹ tertij de anima comprehendit simul duas lectiones commenti sancti thome: videlicet duodecimā que icipit. (Uidetur ⁊c.) ⁊ tertiamdecimaz que icipit. (Nunc autem de anima ⁊c.)

i

Istud est sextum ⁊ vltimuz capitulū tertij tractatus i q̄ phylosophus determinando de parte intellectiua per respectum ad sensum ponit tres conclusiones: inferendo tria correlaria. ¶ Prima conclusio est quod intellectus mouetur ab intelligibili. Hec conclusio probatur tali ratione phylosophi. ¶ Sicut se habet sensus ad sensibile: ita se habet intellectus ad intelligibile: sed sēsus mouetur a sēsibili vt supra cōcessum est: ergo intellectus mouetur ab itelligibili. ¶ Cōtra hāc cōclusiōem sic arguitur. ¶ Nam motus est actus existētis i potētia secūdum quod huiusmodi: vt patet tertio physicorum: sed itelligere n̄ est actus existētis i potētia. alias n̄ attribueretur deo. ergo itelligere n̄ est moueri: ⁊ sic n̄ mouetur itellectus ab intelligibili. ¶ Preterea per motum subiectum aliquid amittit. sed anima itellectiua per itellectiōem nihil amittit: sed magis perficitur. ergo itellectus n̄ patitur neqꝫ mouetur. ¶ Ad primum dicēdum ꝙ duplex est motus. Quidam est motus physicus ⁊ proprie dictus. qui est de cōtrario i contrarium: ⁊ isto modo itellectus n̄ mouetur ab itelligibile. Alius est motus methaforicus qui videlicet est actus entis perfecti secūdum quod huiusmodi: ⁊ isto modo intellectus dicitur moueri: ⁊ per hoc patet solutio ad secūdum. ¶ Secunda cōclusio. Intellectus n̄ potest itelligere nisi per phantasmata. hec cōclusio probatur tali ratione. ¶ Nam sicut se habet sensus ad sensibile ⁊ visus ad colorem: ita se habet itellectus ad phātasmata: sed sēsus n̄ potest sentire sine sēsibili: neqꝫ visus potest videre sine colore: ergo itellectus n̄ potest itelligere sine phātasmatibus: videlicet conuertēdo se ad phātasmata. Ex quo ifertur quod necesse est itelligētem phātasmata speculari. ¶ Contra predictam cōclusionem arguitur primo. ¶ Nam itellectus itelligit mathematicalia que sunt abstracta a materia. ergo itellectus n̄ semper idiget phātasmatibus. ¶ Preterea itellectus itelligit deum ⁊ substantias separatas: sed talia n̄ cadūt sub phantasmatibus. ergo idem vt supra. ¶ Preterea itellectus est i actu per speciē itelligibilē: ergo itellectus dum habet apud se speciez itelligibilem potest intelligere: quia itelligere nihil aliud est q̄ itellectum actu iformari per speciem itelligibilem. ¶ Ad primum dicendum quod licet mathematicalia sint abstracta a materia sensibili eam i communi q̄ idiuidualli: tamē n̄ sūt abstracta a materia intelligibili idest phantasiabili. ¶ Ad scdz dicendum quod licet substantie separate accipiendo itellectum pro phātasia nō cadāt sub phātasmatibus per se tamē cadunt sub eis per accidēs: videlicet per suos effectus: vnde illa ratio nihil aliud cōcludit q̄ quod substantie separate n̄ sūt itelligibiles quantum ad earum quiditates in presenti statu ⁊ a priori: sed solum quantum ad quid est ⁊ a posteriori. ¶ Ad tertium dicendū quod itellectus est i actu per speciem itelligibilem actualiter existētem i eo: species autem intelligibilis post actualez cōsiderationem n̄ est i itellectu in actu: sed i habitu solum: vnde ratio nulla. ¶ Tertia cōclusio. Intellectus practicus ⁊ itellectus speculatiuus n̄ sunt due potencie anime realiter distincte: sed ratione tantum. Hec conclusio probatur tali ratione phylosophi elicitue. ¶ Nam intelligere cum actione: idest cum extensione ad opus ⁊ intelligere sine actione aliquo diuum absolute pertinet ad idem genus cognoscibilitatis: sed intellectus speculatiuus intelligit verum sine actione: idest sine extensione ad opus. Intellectus vero practicus itelligit cum actione. ergo itellectus speculatiuus ⁊ intellectus practicus pertinent ad idem genus potentie. ¶ Cōtra hāc cōclusionez sic arguitur. ¶ Potentie distinguuntur per obiecta: sed obiectum intellectus speculatiui est verum: obiectum autem intellectus practici est bonum. ergo videtur ꝙ intellectus practicus ⁊ itellectus speculatiuus sint diuerse potentie. ¶ Preterea habitus practicus ⁊ habitus speculatiuus specie distinguuntur propter distinctionem obiectorum. ergo itellectus speculatiuus ⁊ itellectus practicus specie distinguuntur. ¶ Ad primum dicendum ꝙ n̄ quelibet distinctio obiectoruz sufficit ad distinctiōem potentiarum. sz requeritur ꝙ talia obiecta sint distincta genere: non quidez genere nature aut genere logico sed genere cognoscibilitatis: vt supra determinatum est i secundo. Uerumtamen bonum in se cōsideratum non est obiectum intellectus practici: sed verum extensum ad opus dicitur obiectum itellectus practici: verum autem absolute cōsideratum dicitur obiectum itellectus speculatiui. ¶ Ad secūdum dicēdum negādo cōsequētiam: quia maior distinctio obiectorum requiritur ad distinctiōem potētiarum q̄ ad distinctionem habituū vt etiam supra declaratuz est vnde ratio n̄ sequitur. ¶ Ex predictis in hoc tractatu ifert phylosophus primo quod n̄ potest fieri intellectio sine sensu: quia vt dictum est itellectus n̄ potest itelligere sine phātasmatibus: phātasmata autem n̄ sunt sine sēsu. ergo n̄ potest fieri itellectio nisi mediante sēsu.

¶ Ex quo patet falsitas opinionis Auicēne. qui dicit q̄ post actualem cōsiderationem itellectus potest intelligere n̄ cōuertēdo se ad phātasmata: hoc autē patet esse falsum ad sensum ¶ Nam ille qui habet habitum scientiarum post actualem cōsideratiōem n̄ potest actu per illos habitus cōsiderare si ledatur organum corporale: vt patet de freneticis. ergo signum est manifestum q̄ i qualibet itellectione requiruntur vires sēsitiue. ¶ Infert in secūdo q̄ itellectus est quodammodo omnia. Cuius ratio est: quia omnia que sunt aut sunt sēsibilia aut intelligibilia: sed i anima est sēsus ꝛ itellectus: sensus autem est quodammodo omnia sensibilia: ꝛ itellectus est quodammodo omnia intelligibilia: cum ex intellecto ꝛ intellectu fiat quodammodo vnum. ergo anima nostra intellectiua ē quodammodo omnia: non autem per comparationem: vt antiqui voluerunt sed per apprehensionem. Infertur tertio q̄ intellectus non est idem quod phantasia quia proprium ipsius intellectus est affirmare vel negare: sed hoc non competit ꝓprie phātasie. ergo ꝛc. ¶ Circa predicta dubitatur primo vtrum intellectus eodem modo moueā ab itelligibili: sicut sensus a sensibili. ¶ Dōm breuiter q̄ nō: q2 dū s̄sus mouer̄ a sensibili, attendir̄ triplex gradus. nam primo sensus apprehendit aliquod sensibile tanquam conueniens vel nociuum. Secundo ex hoc sequitur in sensu delectatio vel tristitia. Tertio vero illud prosequitur si sit delectabile aut fugit si sit nociuum. Intellectus autem postq̄ apprehendit intelligibile: tūc immediate prosequitur aut fugit. Item sensus dum apprehendit sensibile non simpliciter ꝛ vere sed quodammodo affirmat vel negat: intellectus autē vere affirmat vel negat. ¶ Pro ampliori declaratione eius assignat doctor sanctus in commento presentis lectionis. 169. quare in sensu ex apprehensione boni vel mali nō statī sequar̄ desiderium vel fuga sicut fit in intellectu: huius ratio est. quia sicut sensus non apprehendit bonum vniuersale: ita appetitus sensitiuus non mouetur a bono vel malo vniuersali: sed a quodam determinato bono quod est delectabile s̄m sensum ꝛ a quodam determinato malo quod est triste secundum sensum. In parte autem intellectiua est apprehensio boni ꝛ mali vniuersalis: vnde ꝛ appetitus intellectiue partis (scilicet ipsa voluntas) mouetur statim ex bono vel malo per intellectum apprehenso sibi presentato. hec ille. vbi supra. ¶ Dubitatur secundo vtrū intellectus intelligat per abstractionem a phantasmatibus: ꝛ videtur q̄ non. ¶ Nam intellectus intelligendo conuertit se ad phantasmata. ergo intellectus non intelligit abstrahendo a phantasmatibus. ¶ Preterea sicut se habet visus ad colorē ita se habet intellectus ad phantasmata vt concessum est: sed visus non potest videre colorem abstrahendo se a colore. ergo intellectus non potest intelligere abstrahendo a phantasmatibus ¶ Preterea nihil potest intelligi sine illo quod cadit in diffōe rei: sed materia cadit in diffinitione rei naturalis. ergo intellectus non potest itelligere res naturales sine materia: sed materia est principiū indiuiduationis. ergo sequitur q̄ intellectus non potest intelligere absq̄ conditionibus indiuiduantibus: sic non abstrahit se a phantasmatibus. ¶ Preterea si intellectus intelligēdo abstraheret a phātasmatibus: vel ergo abstrahere pertinet ad intellectum possibilem: vel ad intellectum agentem non ad intellectum possibilem cum eius sit recipere: nec ad intellectum agentem: cum eius sit phantasmata illustrare: ꝛ per consequens magis i eis aliquid imprimeret q̄ abstraheret. ¶ Ad primum dicendum q̄ intellectus intelligit semper conuertendo se ad phantasmata: ꝛ etiam abstrahendo. conuertendo quidem inquantū intelligit vniuersale quod habet esse in singularibus: abstrahendo vero inquātū intelligit vniuersale non intelligendo singulare. ¶ Ad secundum q̄ non est omnimoda similitudo inter colorē per respectum ad visum e inter phantasmata per respectum ad intellectum: nam color secundum sui naturam est per se visibilis: sed phantasmata secundū se non sunt intelligibilia: sed propter ea requiritur virtus intellectus agentis vt supra declaratū est: vnde nō est simile. ¶ Ad tertium dicendum q̄ materia signata est principium indiuiduationis: non autem materia communis que ponitur in diffinitione rei naturalis. ¶ Ad quartum dicendum q̄ abstrahere pertinet ad intellectum agentem inquantum ipsa (propter propinquitatem quam habent ad ipsum) efficiuntur habilia vt ab ipsis possit abstrahi species intelligibilis presentanda intellectui possibilis.

¶ Sequitur in textu. (Quoniam autem anima ꝛc.)
¶ Hic est quartus tractatus huius tertij libri d̄ anima: ꝛ est lectio decimaquarta eiusdem: in commento sancti Thome.

Istud est quartus tractatus huius tertij in quo phylosophus determinat de potentia motiua ꝛ de cōparatione potentiarum ad ipsam inuicem ꝛ ad se inuicem. Qui quidem tractatus continet tria capitula. In primo capitulo phylosophus determinat de potentia motiua in communi ꝛ secundum se. In secūdo vero determinat de potentia motiua per respectum ad diuersa animalia. ibi. (quoniam igitur supra dictum est.) In tertio capitulo ostendit qualiter diuerse partes anime ordinantur inter se. ibi. (vegetabilem autem quidē.) In primo igitur capitulo ponuntur due conclusiones: quarū prima est q̄ diuisiones potentiarum ab antiquis phylosophis sunt insufficienter assignate. quarum prima est. Potentiarum quedam sunt rationales quedam sunt irrationales: ꝛ hanc conclusionē probat phylosophus quatuor rationibus: quarum prima est. Potentia vegetatiua ꝛ sensitiua sunt potentie anime plus inter se differentes q̄ potentia irrationalis ꝛ concupiscibilis: ꝛ tamen iste due potentie non comprehenduntur sub predictis diuisionibus. ergo n̄ sunt sufficientes. Secunda rō. phantasia est quedā potentia aīe: ꝛ tamē non comprehenditur sub p̄dictis. ergo ꝛc. Tertia rō. vis appetitiua ꝛ vis intellectiua est quedā potentia anime distincta ab alijs: ꝛ tamen non continetur sub aliqua predictarū diuisionum: cum nō diuidatur in irascibilem. vł ꝛ in concupiscibilem. ergo ꝛc. Quarta rō aliq̄ sūt potentie anime q̄ sunt p̄ncipia motiua augmēti ꝛ decrementi: ꝛ tamen de illis in predictis diuisionibus nulla fit mētio. ergo ꝛc. ¶ Scd̄a cōclusio p̄ncipium motus localis: vł potentia motiua non est potentia vegetatiua: que patet duabus rationibus ph̄i: quarum prima est. motus secundum locum semper fit propter aliquod desideratum vel imaginatum sed imaginatio ꝛ desiderium siue appetitus non conueniunt potentie vegetatiue. ergo sequitur q̄ principium motus localis non est potentia vegetatiua. secunda ratio est ad idem. nam si potentia vegetatiua esset principiū motus localis sequeretur q̄ plāte mouerentur motu locali: cū i eis sit potētia vegetatiua: ɔ̄ns ē falsum: ergo ꝛc. ꝛ si dicatur plante mouentur sursum ꝛ mouentur deorsum: ꝛ ad alias differentias positionis ergo mouentur motu locali. ¶ Dicendum q̄ non mouētur motu locali progressiuo de quo est ad propositum. ¶ Quod vero principium motus localis non sit sensus probatur tali ratione. ¶ Nā sensus est in omni animali: si ergo sensus esset principium motus localis: sequeretur q̄ omnia animalia mouerentur motu locali: quod est falsum. ¶ Sed q̄ tale principium non sit intellectus patet: quia aut esset intellectus speculatiuus aut practiuus. ¶ Non primum quia intellectus speculatiuus solum versatur circa speculabilia: non autem circa aliqua agibilia: inquantum huiusmodi secundum q̄ fit motus localis: neq̄ itellectus practicus: q2 animalia bruta mo

nentur motu locali progressiuo quibus inest intellectus practicus. ¶ Circa predicta dubitatur primo vtrum appetitus intellectiuus qui dicitur voluntas sit potētia distincta ab appetitu sensitiuo ⁊ videtur ꝙ non. ¶ Nam differentia accidentalis obiectorum non facit differentiam specificam potentiarum vt in secundo habitum est sꝫ accidit obiecto appetitus: videlicet bono quod sit apprehensum a sensu vel ab intellectu: ergo appetitus intellectiuus ⁊ appetitus sensitiuus nō realiter distinguūtur cum nō distinguantur nisi per bonum apprehensuꝫ ab intellectu: ⁊ per bonum apprehensū a sensu. ¶ Preterea appetitus sensitiuus sicut ⁊ intellectiuus fertur ad rem ad extra: sed res ad extra est singulare bonum: ergo idem vt supra. ¶ Dicendum ꝙ appetitus intellectiuus ⁊ sensitiuus sunt due potentie specie distincte. Cuius rō est: quia potentia appetitiua ⁊ potentia passiua apta nata est moueri a bono apprehenso. Sed manifestum ē ꝙ bonum quod apprehenditur ab intellectu aliter mouet appetitum ꝙ̄ bonum apprehensum a sensu: cum bonū quod apprehenditur ab intellectu apprehēdatur sub ratione vniuersalis: bonuꝫ vero quod apprehēditur a sensu: apprehenditur sub ratiōe particularis: ergo sūt due potentie distincte. ¶ Ad primum dicendum ꝙ non accidit bono secundum quod appetibile est quod sit apprehensum a sensu vel ab intellectu: sed ꝯuenit ei p se qꝛ nō potest mouere appetitum nisi vt apprehensum. ¶ Ad secundum dicendum ꝙ licet res extra animaꝫ sit quoddaꝫ bonum particulare in se consideratum: tamen voluntas fertur ad illud bonum non secundum rationem particularem sed secundum ratiōem vniuersalem. ¶ Dubitatur secundo vtrum appetitus intellectus diuidatur in irascibilem ⁊ concupiscibilem: ⁊ videtur ꝙ sic. quia appetitus dicitur concupiscibilis a concupiscentia ⁊ irascibilis ab irascendo: sed voluntas aliqua concupiscit que nō ptinet ad sensum: videlicet virtutes intellectiuas: vtputa sapientiam: ergo aliquis est appetitus ꝯcupiscibilis ⁊ ex opposito irascibilis. ¶ Dicendum quod appetitus intellectiuus non potest diuidi in irascibilem ⁊ concupiscibilem. Cuius ratio est. quia illa potentia que respicit aliquod obiectum vniuersale secundum communem rationem eius non diuiditur in potentias distinctas secūduꝫ distinctionem partium subiectiuarum ꝗ̄ continentur sub illo obiecto: sed appetitus intellectiuus vtputa voluntas respicit bonum vniuersale: secundum communē rationem eius: ergo sequitur ꝙ non diuiditur in diuersas potentias secundum diuisionem illius vel illius boni: sicut visus qui respicit colorem obiectiue: non diuersificatur specifice propter diuersitatē illius vel illius coloris. ¶ Ad rationem dubij dicendum ꝙ concupiscētia potest accipi dupliciter. Uno modo absolute: prout dicit potentiam anime: ⁊ isto modo tantum in voluntate est concupiscentia. Alio modo accipitur concupiscentia pro operatione anime que fit cum quadam immutatione animi: vt in proposito accipitur: ⁊ isto modo in voluntate non est concupiscentia.

¶ Sequitur in textu. (Quoniam igitur sicut ⁊c.)

¶ Hec est lectio decimasexta huius tertij libri: ⁊ in commento sancti Thome.

Istud ē secundum capitulū eiusdem tractatus in quo phylosophus determinando de potentia motiua per respectū ad diuersa animalia ponit duas conclusiōes. Quarum prima est. quod nihil est motiuum suipsius sine phantasia. Hec conclusio probatur tali ratione. ¶ Nā vnumquodqꝫ est motiuum suipsius inquantum est appetitiuum: sed appetitus non est sine phantasia: ergo nihil suipsius est motiuum sine phantasia. ¶ Pro cuius declaratione sciendum est ꝙ phantasia potest accipi dupliciter. Uno modo proprie prout distinguitur contra partem intellectiuam: ⁊ isto modo non accipitur hic. Alio modo vt se extendit ad intellectum secundum ꝙ materia phantasialis dicitur materia intelligibilis: ⁊ isto modo accipitur hic. ¶ Contra predicta sic arguitur. Si vnumquodqꝫ esset motiuum suipsius secundū quod habet phantasiam ⁊ appetitum: sequeretur ꝙ animalia imperfecta essent motiua suipsius: cum in eis sit phantasia ⁊ appetitus. consequens est falsū. ergo ⁊c. ¶ Preterea hō mouet seipsū: sꝫ mouet seipꝫ mediāte rōne particulari (vt statim patebit) que quidem ratio non est phantasia cum phantasia nō distinguatur: ergo idem vt supra. ¶ Ad primū dicendū ꝙ duplex est phantasia vt sepius dictū ē: videlicet determinata ⁊ īdeterminata: verū ē ꝙ ī animalibus imperfectis est phantasia indeterminata: non autem determinata vt ad propositum. ¶ Ad secundū dicendum quod vt dictum est duplex est phantasia. quedam est indeterminata ⁊ talis non est ratio. Alia est phantasia determinata: ⁊ talis est duplex. quedam ē sensibilis que fit absqꝫ deliberatione: ⁊ talis inuenitur ī animalibus vtiqꝫ perfectis: que etiam ratio non dicitur. Alia est phantasia ratiōalis: que videlicet habet fieri cū quadam deliberatione ⁊ discursu: ⁊ talis reperitur ī hominibus que dicitur ratio. ¶ Secunda conclusio. homo mouet seipsum mediante ratione. Hec conclusio probatur tali ratione. Nam vnumquodqꝫ est motiuum suipsius inquantum est appetitiuum vt dictum est: sed appetitus non est sine phantasia: phantasia autem in homine vocatur ratio. Ratio autem non est sine ratione. ergo ⁊c. ¶ Contra hanc cōclusionem sic arguitur. ¶ Nā si homo moueret seipsum mediante ratione. Aut illa ratio esset speculatiua aut practica. ¶ Non primum quia pari ratione intellectus speculatiuus esset principiū motus. Neqꝫ secundum cum talis ratio versetur circa vniuersalia vt in pluribus secundum que non fit motus localis. ¶ Dicendum ꝙ duplex est ratio. Quedam ē speculatiua: alia est practica. Ratio speculatiua non ē principium motus. Ratio autem practica est duplex. Nam quedam est vniuersalis: quedam est particularis. Ratio vniuersalis non est principium motus localis: bene autem ratio particularis. ¶ Circa predicta dubitatur vtrum ratio ⁊ intellectus sint due potentie: ⁊ videtur ꝙ sic.

¶ Nam sicut se habet imaginatio ad ratiōem: ita se habet ratio ad intellectum: sed imaginatio est potentia distincta contra rationem. ergo ratio distinguitur contra intellectum. ¶ Preterea sicut se habet ratio ad sensum: ita se habet ratio ad intellectum qui attribuitur angelis: sed ratio ⁊ sensus sunt diuerse potentie. ergo ratio ⁊ intellectus cum plus differant angelus ⁊ homo ꝙ̄ homo ⁊ brutum. ¶ Dicendum ad dubium quod ratio ⁊ intellectus non distinguuntur essentialiter sed solum secundum rationem secundum diuersa officia actuum. Nam vna ⁊ eadem potentia intellectus secundum quod simplici apprehensione est intellectiua dicitur intellectus: secundum vero quod cum quoddam discursu a noto ad ignotum intelligit vocatur ratio: ⁊ quia angelus secunduꝫ suā naturam intelligit simplici intuitu sine discursu: homo vero intelligit discurrendo ab vno in aliud: ideo intellectus appropriatur angelis: ratio vero hominibus: ⁊ inde est quod angeli vocantur substantie intellectuales: homines vero creature rationales. ¶ Ad primum dicenduꝫ ꝙ illa similitudo attenditur secundum diuersitatem actuum: non autem secundum diuersitatem essentialem potentiarum: sic etiam dicendum est ad secundum.

¶ Sequitur in textu. (Uegetabilem quidem animam ⁊c.) ¶ Istud tertium capitulum comprehendit duas vltimas lectiones eiusdem libri: ⁊ in commento Sancti Thome.

Istud est tertium ⁊ vltimum capitulum huius libri ī quo phylosophus determinando de ordinatione potentiarum ad inuicem per respectum ad corpus anime

tum ponit quattuor conclusiones inferendo quattuor correlaria. Quarum prima est. ¶ Omne vivens quandiu vivit necesse est quod habeat animam vegetativam. Hec conclusio proba ur tali ratione phylosophi. ¶ Nam omne vivens quandiu vivit vititur alimento: sed vti alimento pertinet ad animam vegetativam: ergo necesse est quod omne vivens dum vivit habeat animam vegetativam. Probatio maioris. quia omne vivens dum vivit habet augmentum statum vel decrementum: sed hoc non potest contingere nisi alimento: quia tempore augmenti oportet quod plus convertatur de alimento in substantiam aliti quam quod sufficiat ad sustentationem vel conservationem preexistentis magnitudinis: Tempore vero status equaliter: Tempore vero decrementi minus. ¶ Contra hanc conclusionem sic arguitur. ¶ Nam deus vivit vt probat phylosophus duodecimo metaphysice. ⁊ tamen in eo non est anima vegetativa. ergo ⁊ cetera. ¶ Dicendum quod phylosophus hic loquitur de generabilibus ⁊ corruptibilibus viventibus. ¶ Secunda conclusio. Non omne vivens habet sensum. Hec conclusio probatur duabus rationibus. Quarum prima est. ¶ Nam non omne vivens habet corpus redactum ad mediam proportionem qualitatum vt plante: ergo non omne vivens habet sensum tactus qui requirit organum tale dispositum: ⁊ per consequens non omne vivens habet sensum: quia vbi non est sensus tactus: ibi nullus est sensus. ¶ Secunda ratio. Sensus immutatur spiritualiter a sensibili: Sed plante solum immutantur immutatione reali: ergo plante non habent sensum: sed plante sunt corpora viventia. ergo ⁊ cetera. ¶ Contra hanc conclusionem sic arguitur. ¶ Plante sunt creature sensibiles: ergo videtur quod sunt animalia: ⁊ per consequens quod habeat sensum: patet sequela. Cuicunque competit differentia: eidem competit illud: cuius est differentia: sicut cui competit rationale ei dem competit homo. ¶ Dicendum quod sensibile potest accipi dupliciter. Uno modo passive: ⁊ illo modo plante sunt sensibiles: idest apte nate sentiri. sed vt sic sensibile non est differentia animalis. Alio modo accipitur active pro eo quod aptum natum est sentire: ⁊ isto modo plante non sunt sensibiles. ¶ Cum igitur sensibile isto modo sit differentia animalis: sequitur quod plante non sunt animalia. ¶ Tertia conclusio. Necesse est quod omnia animalia habeant sensum. Hanc conclusionem probat phylosophus specialiter de animalibus progressivis. ¶ Nam si animalia progressiva non haberent sensum: sequeretur quod non possent consequi finem ad quem natura ea ordinavit. Et per consequens essent frustra. Consequens est falsum. cum natura non agat frustra: quia agit propter finem. Probatio sequele. quia corpus animalis progressivi est organizatum ⁊ dispositum propter motum: vt videlicet per motum vlterius alimentum consequatur: per quod conservetur in esse: sed hoc non posset fieri si non haberet sensum: quia non discerneret corruptiva que possent eis obviare: ⁊ sic corrumperetur. ⁊ per consequens non pergerent animalia ad finem ad quem natura ipsa ordinavit. Secundo probat eandem conclusionem communiter de omnibus animalibus. ¶ Nam necesse est quod omnia animalia habeant sensum tactus: si debeant salvari: ergo necesse est quod habeant sensum. Probatio antecedentis. quia corpora animalium possunt immutari a qualitatibus tangibilibus vsque ad suam corruptionem: ergo necesse est quod habeant sensum tactus ad discernendam convenientia corruptivis. Ex quo infertur secundum phylosophum quod necesse est quod omnia animalia habeant gustum cum gustus sit quidam tactus. ¶ Sed contra hanc conclusionem arguitur sic. ¶ Aliqua sunt animalia immobilia: ergo non est necesse quod omne animal habeat sensum ad hoc quod remaneat in esse per pers[e]-

cutionem alimenti. ¶ Dicendum quod illa animalia habent eis aliquid adiunctum a quo trahunt alimentum. ¶ Quarta conclusio. ¶ Non omnia animalia habent omnes sensus necessario. ¶ Hec conclusio probatur tali ratione: quia animalia possunt conservari in esse ceteris sensibus non existentibus: ergo non necessario omnia animalia habent omnes sensus. ¶ Ex predictis infert phylosophus quattuor correlaria. ¶ Quorum primum est quod corpus animalis non potest esse incorruptibile. ¶ Cuius ratio est. quia corpus animalis debet esse (vt dictum est) redactum ad mediam proportionem qualitatum primarum sive qualitatum tangibilium: sed quodlibet corpus simplex habet causam qualitatem secundum superabundantiam: vtputa ignis caliditatem ⁊ aqua frigiditatem. ergo ⁊ cetera. ¶ Secundum correlarium. Remoto sensu tactus necesse est omnia animalia mori: quia posito sensu tactus ponitur animal: ⁊ remoto sensu tactus removetur animal. ¶ Tertium correlarium quod sensus propter excellentiam sensibilium potest corrumpi. ¶ Quartum correlarium est. quod alii sensus preter sensum tactus non corrumpuntur quantum ad esse animalium: sed solum quantum ad bene esse: vt satis de se manifestum est. ¶ Circa predicta dubitatur primo. Utrum solum in corporibus habentibus animam vegetativam sit vita: Et arguitur quod non. ¶ Nam corpus celeste habet animam: ⁊ tamen corpus celeste non vivit: cum vita sit operatio anime vegetative: que non est in corpore celesti: aut anime sensitive: que etiam non reperitur in eo cum non sit animal: vel etiam anime intellective: que procul est a celo cum celum non intelligat. ¶ Preterea in deo summo est vita: ⁊ tamen in deo non est corpus: ergo non in corporibus habentibus animam est vita. ¶ Dicendum quod vita potest accipi dupliciter. ¶ Uno modo pro operatione vitali que sequitur vnionem anime ad corpus per modum inhesionis. Et primo modo solum in corporibus habentibus animam est vita. ¶ Alio modo accipitur vita pro operatione alicuius moventis seipsum: quandiu enim aliquod movet seipsum: dicimus quod illud vivit: ⁊ isto modo solum in corporibus habentibus animam solum est vita. ¶ Ad primum dicendum quod celum non habet animam inherentem sibi per modum forme: sed forsitan habet animam sibi assistentem sicut motor assistit mobili capiendo animam pro substantiali separata: vnde non oportet quod habeat vitam. ¶ Ad secundum dicendum quod deus dicitur vivere secundo modo: non autem primo modo de quo est hic ad propositum. ¶ Pro cuius declaratione considerandum est secundum doctorem sanctum in prima parte quod quadruplex est gradus vite. secundum quod quadrupliciter dicitur aliquid movere seipsum. ¶ Nam aliquid dicitur movere seipsum non quantum ad formam per quam movet: sed quantum ad executionem motus: ⁊ isto modo plante movent seipsas ⁊ dicuntur vivere imperfecte tantum. ¶ Secundo modo aliquid movet seipsum non solum quantum ad executionem motus: sed etiam quantum ad formam que non est ei naturaliter insita sed eam acquirit per suam operationem: finem tamen per quem agit naturaliter habet ei inditum: ⁊ isto modo animalia movent seipsa: ⁊ quia perfectius movent seipsa quam plante: ideo perfectius dicuntur vivere. ¶ Tertio modo aliquid movet seipsum. non solum quantum ad executionem motus: nec solum quantum ad formam que est principium motus: sed etiam quantum ad finem: videlicet vel hunc vel illum: ⁊ isto modo homo dicitur movere seipsum: ⁊ quia perfectius movet se quam alia animalia: ideo perfectius dicitur vivere. ¶ Quarto modo aliquid movet seipsum non solum quantum ad predicta tria: sed quantum ad omnia que requiruntur ad motum vel accipiens ab alio. Et isto modo deus dicitur movere seipsum: quia perfectius movet seipsum quam ce-

tere creature: cum omnes creature aliquid accipiant ab alio. Ideo deus dicitur perfectissime viuere. ꝛ vt probatur secundo metaphysice est sua vita vnus eternitate et trinus in vnitate existens qui est benedictus in secula.
AMEN.

¶ Explicit breuis recollecta super tres libros de anima Aristotelis secundum excellentissimum virum fratrem Dominicum de flandria ordinis predicatorum: Sacre Theologie approbatissimum professorem: ꝛ noviter castigatum. Impressum Venetijs per Magistrum Petrum de quarenghis Pergomensem. Anno ab Incarnatione Domini. 1501. die. 7°. Mensis Aprilis.

Registrum huius operis.

a
Diui Thome
Aristotelis stragyrite
animam aut non.
quascūq; autem.

b
¶ Epilogat ꝛ colligit
dum partes translata
dum autem est q̄
cut in dicis intelligentia

c
puncta: quia non
sicut empe. dicit
indiget: quia nec
ꝛ lignum ꝛ lapis

d
mouet hoc in hac
posterius autem
obiectis diuersis
cut caput animalium

e
similitudinem rei
prias vel passiones
totam naturam
Postq̄ phylosophus

f
Postq̄ phylosophus
dum autem propter
cōnaturalia nobis
bus dictum est

g
Sed priores
est prima
dum phantasiam
quod contingeret

h
quid aliud sibi.
rali. Et quia in
sicut contingit
malum: quod potest

i
¶ Ostendit quid sit
at vō si habet
Explicit liber.
vna dubitatio

k
sibilem: quia
aliud: si dicatur
Ex quo sequitur
forme quę corrumpitur

l
distinguuntur per actus
de eis determinat
tremorum inquantum
mouentur a paciente

m
odoratus in homine
ta in ratione locantis
habetur intentum
diante alia: vt

n
tionis ꝛ diuisionis
ueniur motu locali
tere creature:

FINIS.